



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15



U.S. Army

No.

25-170

342

1.25

- 21 -
- 24 -

160

de l'college de la compagnie de Jésus de Granada.

T A B V L E R. 2568 Br

T O T I V S

D I A L E C T I C E S

A R T I V M R E L I Q V A R V M

instrumenti, præcepta utilissima facilis
compendio complectentes, ordine
perspicuo digestæ à Cornelio
Valerio Ultraiectino.

(?)

Hac ultima editione recognite & locupletata.

UNIVERSITATIS

ANADA



VALENTIAE. 1552.

Apud Antonium Sanahuianum bibliopolam ad insigne di-
ue virginis Mariae, & diui Antonij e regione templi
quod vulgo la Seu dicitur.





V A N T V M ego semper tuis
commodis, studioſa iuuentus, pro-
deſſe ſtudeā, iudicium tuum eſſe ma-
lo quam meum. Nec enim me fugit,
permultos eſſe, qui aſſiduijs labo-
ribus ac vigilij conentur, quicquid
industria conſequi poſſant, in tuam prorsus utilitatem
conſerre. At ego nullam rem eſſe iuuenio, qua tibi ma-
gis prodeſſe poſſim, quam ſumptibus, haud noſtris hu-
meris paribus, & preſtantissimos & omnium iucundife-
simos libros tibi ex quibuscumq; potui nationibus come-
parare, quibus aſſidue tua ſtudia iuware poſſim. Quid
enim tibi vel prodeſſe poterit & eruditissimos & fa-
pietiſſimos tibi feligere praecptores, niſi libros e quib;
veluti ē ſuauiſſimo fonte lectionē tibi exhauias,
quibusq; animū tuū a moleſtijs leuare poſſis, habeat
Itaq; cum animo inflammatō haec ſemper curarē, cumq;
rumores incerti quidem & ſine autore meas ad aures
peruenerint, veille nonnullos inclytæ Valentinæ acade-
mie praecptores Cornelij Valcrij totius Dialecticas
tabulas, haud quaquam studioſis negligēdas, tibi per-
legere, exemplariaq; tanta in ciuitate te deſſicere, no-
lui tam honeſta in re laborem meū tibi deſiderari. Vi-
ſus ſum itaq; eas propris expenſis ac ſumptibus typis
mādare: in quibus emendaris ac corrigendis eam dedi-
mus operā, quam facile is cognoscit, qui alia exempla-
ria cū hiſ meis coſerve voluerit. Tu interim studioſa iu-
uentus laborem noſtrum e qui boniq; conſule, ſperaq;
maioram tibi breui praefitum. Vale ex officina
noſtra. Idus Auguſti. 1552. A 2

N O B I L I S S I M O
D O C T I S S I M O ' Q V E P R I N C I P I,
Ludouico à Flandria, Domino Pratenſi, Viceco-
miti Hollandiæ, &c. Cornelius Valerius ab
Auduater Ultraiectinus S. D.



Vanquam optimo iure magna sit haben-
da gratia, & immortalis gloria danda
ijs, qui primi vtilium artii, ac necessa-
riarum extiterunt inueniores: nonnulla
tamen & his deberi gratia videtur,
quorum opera & studio veterum inuentis horridis se-
pe & obſcuris cultus aliquis orationis acceſſit, ac pa-
to cōmodior tradendi, faciliorq; ratio, quibus & in-
cultu niteſcere decentius, & obſcura verborum lumi-
ne illuſtrata ſplendescere poſſint euidentius. Nos ve-
rò an lumen aliquid arti preclarissimæ illi quidem, ſed
multis tenebris obſcurata, rerumq; multitudine ſu-
peruacuarum oneratæ, & impeditæ attulerimus, &
quod magno publicæ vtilitatis deſiderio ſtuduimus,
aſſecuti ſimus, aliorum erit iudicium: Certe conati ſu-
mus perſpicua quadam, & expedita methodo breui-
ter & latine complecti ea, quæ longis aliorum præce-
ptis ineleganter cotinebātur. Sed hoc opusculum vni-
uersum video, aut reprehēſtonis aliquid, aut certè ad-
mirationis habiturum. Nam aut mirabuntur, quid adiu-
menti hæ Tabulæ tam exiguae ad artem adeo impedia-
tam, tantisq; voluminibus tum à veteribus, tum à re-
centibus traditam adferant. Quibus ſi gustum aliquem
artis perceperint, nec ab humanioribus literis omnino
abhorruē

abhoruerint, ſatisfacent tabule ipſe diligenter pera-
leſtæ. aut reprehendent morosi quidam, quod trita
pleraque, & à vulgo recepta vocabula relinquamus,
inuifitata conquiramus. Evidem liberè fateor, me ab
horrido illo, & inculto ſeculo priori ſepe deficere,
& cum peruereta dicam, noua tamen pleriq; videri
& inaudita dicere. Cur autē aliquoties à vulgata dia-
lecticoruſ ratione deficiuerim, annotationibus aliquan-
do fortaſſe, ſi opus erit, docebo, editoq; libro, in quo
ea, quæ nunc complector breui, differam pluribus. Ve-
rum cum nonnihil conſuetudini tribuendum putaremus,
quamuis multa latinè preter dialecticorum quorun-
dam morem dixerimus, non pauca tamen retinuimus,
que mutari vix poſſe videbantur. In mutando Cicero
nem ferè ſumus authorem ſecuti, ex quo uno propemo-
dum fonte nobis eſt omnis haurienda latinè dicendi ra-
tio. Cuīs authoritate eo ſumus etiam libentius viſi,
quod ex aurco illo ſeculo ſolus extiterit, qui in altera
dialectices parte elaborauerit. Nec tamen, ſi quid ab
alijs vel dictum eleganter, vel commode cōuerſum de
Græciis videbatur, ſuperſtitioſe reieci: ſed ubi eadem
& à Cicerrone tractata, & à Quintiliano viderem, il-
lius quidm huius authoritatē (fatendum enim eſt) gra-
uiorem ſemper duxi. Illius etiam authoritatē ſecu-
tus, locis ferè ſingulis argumentorū latinè conclu-
di formulas adieci, ne tres ubiq; cum vulgo diſſolutas
enunciationes indiſcretè ponerem: Tum exempla ferè
electa, & aliqua variationis vtilitate cōmendata pro-
poſui. Instituimus autem quambreuiſſime his tabulis
mandare ea, quæ publicè iuuenib⁹ in ludo noſtro lite-

Vario diligentius quotidie, copiosiusq; tradimus, ut
rem latissimè explicatam, & mox in pauca verba con-
tractam, & citò dictam, ut præcipit Horatius,

Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

Nihil porrò videmur hic omisisse eorum, que ad diffe-
rendationem pertinent. Atque hæc omnia accuratè
digesta in tabulas retulimus, quo vel vltro (dū ob oīo
los quotidie versantur) in adolescentū familiaritatē
inſinuantur. Quem laborem vt tibi dicarem pruden-
tissime Vicecomes, multi me docti pudentem nimium,
ac ſepe ſubrusticè verecundum hortabantur, vt tibi
difertissimo Principi, omniq; liberali ſcientia, & lite-
ris humānioribus exornato nuncuparem, tuoq; nomini
iam nouo titulo nobili ego cliēs, tuoq; ſubiectus præ-
ſidio primicias ſtudiorum meorū animum & obſcuari-
tiam in te noſtrā teſtantes conſecrarem. Quanobrem
confido, te pro ſumma tua humānitate & ſolita in eos
qui aliquo eruditioñis nomine commendantur, bencuo-
lentia, hoc quicquid eſt, quod offerimus, libenter ac-
cepturum, quod & profuturum adolescentibus, in qui-
bus docendis quotidie noſter versatur labor, nec inu-
tile præceptoribus fore ſperamus, quo labor his do-
cendi quadam ex parte mirauatur, & illis diſcendi ra-
tio brevior efficiatur, & expeditior. Hanc docendi
commoditatem, & utilitatem, ſiqua ea eſt, di-
ſcipuli, facilitatemq; tibi acceptam fer-
re debent. Vale. Ex Traiecto

Batauorum, decimo Caa-
lendas Iunij.

3545.

Præſtan

PRÆSTANTIS
SIMO PRINCIPI LUDOVICO A
Flandria, Domino Pratenſi, Cornelius Vale-
rius ab Auduater Ultraictinus S. D.



Edeunt ad te Princeps doctissime,
Tabulae tibi dicatae noua cōſpiciē-
de forma, nouis aliquot & utili-
bus accessionibus ita locupletatae,
vt in his iam nihil prætermisſū vi-
deatur eorū que, multis ab alijs tra-
dita voluminibus magno ſepteſtadio torquēt.
Nihil hic nec iſ fortasse, qui in ſeculi prioris dialektico
rū verba iurati raro probare quicquā ſolent, niſi quod
didicerūt ipſi, aut negligētia præteritū, aut rerū parū
utiliū, ſed nō parum diſſiciliū ignoratione diſſimulatiū
deſiderabunt. Nihil equidē diſſimulauit, ut verò acutæ
iſtorū deſcriptiones indicare, quād explicare ſatius eſſe
duxi. Enarravi paucis ante mēſib⁹ Louanij Tabulas
noſtras non mediocri diligētia ac ſtudio, quod incende-
bat etiam doctorum quorundam, quos frequentare au-
ditorium noſtrum animaduerit, preſentia. Quo qua-
dem ſtudio effectum eſt, vt quum docentem nihil fuge-
re poſit, ſedulō cōquisierim, quicquid ad utilem di-
ſerendationem pertinere videbatur, & diſcufferim
diligenter, quēdam addiderim, nonnulla detraherim,
& vt in recognoscendo ſcri folet, paucula mutau-
rim, omnia verò nunc elaboratiora fecerim & compo-
ſitoria. Multa facili cōpendio ſum complexus ſine ob-
ſcuritate & fastido, plurimum, uti ſpero, profutura
ſtudioſis.

A 4

studiosis. Accipies igitur opusculum recognitum, Princips humanissime, & frugiferis auctum præceptionibus, quoniam Tabulae primum in tuo nomine apparuerunt. Quod te pro solita tua humanitate & propenso in literarum humanitatis studiosos animo libenter & benignè facturum confido. Vale. Aureliae Calendis Octobris. 1547.

Cornelij

2 CORNELII VALERII IN VNIVERSAM differenditionem
Tabulae.

Quid Dialectica, & quot eius partes. Cap. 1.



I A L E C T I C A est diligens differendi ratio, seu de qua; re proposita probabiliter & in utraq; partem disputandi scientia. Rodolphus Agricola libro secundo addit: prout cui usq; natura capax esse fidei poterit. Ea distributa est in artem iudicandi (quæ Græcæ nuptiæ & Dialectica proprio nomine dicta est) & inueniendi, quam Græci πονηρα appellant, inueniendorum argumentorum disciplinam, qua loci continentur. Topice naturæ ordine prior est, critice posterior, quæ iudicandi vias prescribit, quam nos docendi gratia priore loco trademus, alteranq; parte, quæ est inueniendi, postea diligenter persequemur. Consilij huius nostri ratio infra tabula quarta reddetur, sub capite de argumenti inuentione.

Partes Dialecticae.

Quid differant inter se artes differendi. Cap. 2.

Q V I D inter Dialecticen, & Rhetoricen interesset, Zeno Stoicus, vt refert Cice. in Oratore ad Brutum, & repetit Quintilianus lib. 2. manu demonstre

A s strare

Materia dialecticae, quae si probabilius. Strare solebat, ac Dialectican cōpresaſis digitis pugno, Rhetorican iſdem diductis et explicitis palmæ ſimilem eſſe dicebat, quod illa diſputandi ratio contrariaſor eſſet, hęc dicendi et ornandi, latior. Vtrique ſunt res omnes, quae in diſputationem incideſt, propoſite, et quæſtiones omnes ſimplices, et coniuncte, finitæ, et infinite: quarum tamen finitæ magis rhetorū ſunt, infinite verò dialecticorum. Quod non ita accipiendo eſt, quaſi dicamus à dialecticis tradi materiali, omnemq; rerum cognitionem; quam conſtat ex ijs disciplinis, quarum quæſtiones habentur, eſſe pertinam, ſed explicande rei cuiusq; tractandæq; ratione.

Dialecticæ ofſitionem, ac viam prescribi. Docet enim Dialectica probationem omnem à definitione, genere, toto, partibus, cauſis, effectis, alijsq; locis ducendam eſſe: ipsam verò definitionem, genus, ſpeciem, et reliquos locos aliae ſuppeditabunt artes. Ut ſi queratur, quid terremotus ſit, quid linea, quid basis, quid parallelus, quid baptifimus, quid sacrilegium, quid pleuritis, explicabunt earum quarum ſunt hęc themata, professores, physicus, geometra, astronomus, cosmographus, theologus, iuriſconsultus, medicus: qui tanq; omnes generalē hanc probandi rationem à dialecticis mutuati, ſuarum artium quæſtiones explicant. Exempli cauſa, Terramotus eſt agitatio, ſeu concuſſio (paſiuſ significans ut grammatici vocant, nomen accipe, quod ordine rē πέπερι continetur) ſeu affeſtio, qua terra mouetur à ventis ipſi incliſis, ſolisq; calore calcactis et impulſis excitata. Hanc definitionem nemo dixerit ex Dialecticæ capitulo, cum ſit Aristoteliſ et physicorum. Illa genera

genera tantum de ſuis ordinib; vt cunq; ſuppeditat, modumq; conſtruendæ definitionis docet: eruditus autem rem ipsam, et materiā indicant, canq; proprietatem, que generi addita definitionē perficit. Vide Agri colam lib. 2. cap. 7. Eadem ſint et de rhetoricanobis instrumentis. Nam iſdem utraq; probandi instrumentis utitur, ſed diuersa, ut modò dixi, differendi forma, alijsq; articulis rerum cognitionem cōcedens, ſibi tractationem affumit.

De altera Dialecticæ parte, que iudicandi precept^a continent, et de dupliči themate, ſeu quæſtione. 3.

A R S iudicandi, quam propriè Dialecticam diximus eſſe appellatam, quæſtionum, ſeu thematum rationem tradit. Quæſtionem hic intellige cum interrogative elatan, et in dubium vocatam ſeu diſtione, ſeu enuntiationem, veluti, quid terra? ecquid terra ſit immobilis? Thematum enim genera duo ſunt, quorum alia ſimplicia ſunt, alia coniuncta. Simplicia, que ſingu-
lis e vocibus conſtant, ut ſapientia, ſtudium, vel ex pluribus etiam, ſed rem unam declarantibus, ut ſtudium ſapientie, Greco. φιλοſophia. Coniuncta, ſeu copulata, que ex integra constant oratione: ut ſit ne ſapientia expetenda? Que ſimplices ad voces à differente re uocata, ac particulatim diſcufſa, dubitationem habere ſepe defiſunt. Nominis ambiguitas ſummopere cauenda eſt, que ſi forte inciderit, initio diſputationis enumeratis ſignificationibus indicabitur, quo intellectu nomine accipi velimus. Themata simplicia duo bus potiſimum tractantur instrumentis, definitione, et diuſio-

Quidque ſuo.

Duplex thema, ſeu quæſtio ſuo.

Optima coniuncta quæſtions explicatio.

Nomē ambi- gnū initio di- ſicutendum.

T A B V L A E D I A L E C T .

Et diuisione: coniuncta autem, vna argumentatione. His tribus partibus proprium dialectices munus, quod est docere, perficitur. de quibus Cicero lib. 5. Tuscula. quest. ita ait: Sequitur tertia (Dialectica) quae per omnes sapientie partes manat et funditur, que rem definit, genera distinxit, sequentia adiungit, perfecta concludit, vera ac falsa dijudicat, differendiratio et scientia. Et in Bruto: Nisi eam preterea didicisset artem, que docet rem vniuersam tribuere in partes, latenter explicare definiendo, obscura explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera et falsa iudicarentur, et quae quibus propositis essent, quaeque non essent consequentia. Ex quibus verbis haec intelliguntur praecipua dialectices instrumenta: obscura definiere, vniuersa dividere, argumentis vera confirmare, et falsa refutare. Definitio et diuisio colliguntur ex vocibus, et categorijs, quae sunt triusque instrumenti elementa. Ea recentiores predicabilia, et predicamenta nominantur. nos verba non satis apta fugientes, Graeca usurpare quam parum latina malimus, concedique nobis ostportere putamus, ut Graeco verbo utamur, si quando minus occurret latinum. Si commoditatem in dicendo Cicero non arbitratur negligendum, multaque formarum et formis, quam specierum, et speciebus dicere: licebit, opinor, et nobis Latinorum nominum rationem habere.

Dialectics in
Instrumenta.
Definitions &
diuisions etc
mota sunt vo
ces & catego
riae.

Prestat grecis
verbis utri,
quim parum
latinis.
In Topicis.

Vocu gradus.

De sex vocibus quae predicabilia nominantur,
individuo, genere, specie, differentia,
proprio, et accidente. 4.

Prædicabilia

C O R N E L I I V A L E R I I .

Prädicabilia rectius Graecè κατηγορίαι seu φυσικές Vocesque. vniuersales, et Latinè voces seu vocationes gradus appellantur, quae dicuntur de alijs, rebusque cognatis tituli vice tribuuntur. Dicuntur autem voces aut de uno aut vocatione pluribus.

De individuo. 5.

EA quae de uno dicuntur, individua nuncupantur, Individuum propriæ. et rem duntaxat unam significant, ut Mars, Pluto, Ciceron, Cerberus, Pegasus, Sirius, Osse, Oceanus, Aegean, Italia, Roma. Et per pronomen demonstrativum, haec ipsa herba: item aurum Croci, Titij testamentum. Aut per alias quanuis periphasi rem certis quibusdam notis indicantem, ut Troiani belli scriptor, vel poëta, id est, Homerus: Laertes filius, Ulysses. Individua, quod de uno tantum, non de pluribus dicuntur, quidam de vocatione numero eximunt. Sunt haec in pronunciationis termini de rebus singulis enunciantes, quos vocant singulares. Terminii individualium.

De vocationibus communib[us]. 6.

QVAE de pluribus dicuntur, voces communes. Terminii generales. appellantur, tribuunturque singulæ pluribus, quæ numerantur hoc ordine: genus, species, differentia, proximum, et accidens, quæ terminos pronunciationis generalis efficiunt.

De genere. 7.

GENES est vox communis, seu notio, quæ de pluribus, specie autem differentibus, in questione quid est, dicitur. Seu, id, cui subjiciuntur species, ut animal, virtus, vas, virgultum, gemma, contractus, &c. quæ singula

singula plures formas, seu species communione quādam complectuntur. Animalium generi subsunt homo, & bestia: arti dialectica, physica, &c. virtuti prudētia, justicia, &c. vasi vinario, congius, amphora, verna, &c. Genus de formis dicitur, cūm quid sit res queritur, & natura eius querendo inuestigatur, quod vulgo dicunt, prædicabatur in eo quod quid est. Duplex est genus, appellatum vulgo generalissimum, & subalternum. Generalissimum (id Latine caput generis appelleatur, seu genus summum) est, quod cūm supremum sit, nulliq; subiectum, species esse non potest, vt sunt substantia, quantitas, qualitas, & reliqua categoriarum capita, seu genera summa. Subalternum genus (Latine intermedium) quod est inter primum genus, & speciem ultimam interiectum, & species esse non potest, vt corpus, animal, arbor, lapis, piscis, flora, aves, &c. que cū inferioribus collata, genera sunt cum superioribus, species. Præter hanc dialecticam generis significationem plures à Porphyrio numerantur. Accipitur genus pro generationis principio. Virgilius. — Et mī genus ab Ioue summo. Et pro qualitate, & conditione: Quod genus hoc hominum? &c. Genus in species tributum copiam etiam orationis superedit at rhetori.

Plures generis significations.

Vtile genus est ad copiam orationis.

De specie. 7.

S P E C I E S , seu forma, id est de quo genus in questione quid est, dicitur, seu, quod generis subiectum, vt animal corpori animato, homo animali, candor colori.

Iori. Hæc quoq; duplex est. Aliam enim specialissimam nominant, aliam subalternam. Specialissima (Latine ultima, seu infima) est, quæ de individuis tantum, seu numero differentibus in naturæ questione dicitur, quæ semper est species, nunquā genus, vt homo, bos, equus, leo, &c. quæ referuntur ad animalium genus: emptio & venditio, ad contractum. Ultima species individuis collectæ sepe generis nomen accipiunt, vt Bucephalus est equus. Hoc modo dicimus herbarum esse multa genera, id est, species. Subalternæ (Latine intermedia, seu interiecta) quæ diuersa ratione & species, & genus esse potest: species quidem, cum superiore collata: genus vero, cūm inferiori, vt modo diximus de genere intermedio. Talia sunt animal, piscis, fera, &c. Nam quod generis subiectum dicitur: quod subiectum comprehendit partes, genus. Species communis est imago, quam notionem vocamus, ex individuorum cognitione multorum ab animo nostro percepta, quam ita appellant Græci, & non unquam idos. Sic equum secundum conspicati quoconque loco occurrentem agnoscimus, sic alias animalium rerumq; formas innumerabiles. Sed generis nomen latius est, quam vt eius imaginem animus humanus queat percipere, vt si pingi tibi animal iubeas, incertum est quid velis, nisi nomen addas speciei, velut cervi, lupi &c. Speciei usus est in declaraçā generis amplitudine. Accipitur etiam species pro forma, & pulchritudine, unde speciosus, pulcher.

Ordo generum & formarum ex naturis constitutus.

9.

Q. 20

Acceptur gen
nus interdum
pro specie.

Subalternæ

Species & ge
nus notiones
sunt,

T A B V L A E D I A L E C T.

Q VAE summa genera sint, quæ intermedia, quæ item species ultimæ, & quæ sint intermedia, demon strabit subiecta tabula, ex prima categoria petita (nam idem potest & in alijs ordinibus ostendi) in qua genera, & species medium locum occupant, differentiae vtrig; latera claudunt.

Corporeæ

CORNELII VALERII

Corporeæ	Substantia	Incorporeæ, vt sp̄itū	Deus Angelus Anima
Compositum	Corpus	simplex	Orbes. 10. Elementa 4.
Animatum	Corpus cō positus	Inanimatum, quod com plectitur	Lapides Metalla Liquores
Sentiens	Corpus ani matum	Sensus exp̄ers	Arbor Herba Frutes
Ratione præditū	Animal	Rationis exp̄ers, quo cō tinetur	Terrena Aquatilla Volantia
Homo		vt Socrates, Plato, & reliqui homines	
Ordo generum ac formarum ex qualitatibus factus.		(innumerabiles)	
Animi	Qualitas	Corporis	Qualitas corporis
Studio cōparata numi	Qualitas a	A natura data	Vis naturalis
In intelligentia positus	Habitus	In commotione	Affectus seu perturbatio.
Theoretica	Scientia	Practica	Ethica
Logica	Scientia theoretica	Naturalis	Mathematica
Bene disputans	Logice	Benedicens	Rhetorica
	Dialectica	Aristotelis, Ciceronis &c.	

De differentia.

10.



Differens

T A B V L A E D I A L E C T .

Differentia
triplex.

DIFFERENTIA dicitur, qua res inter se differunt. Ea triplex est, communis, propria, & maximè propria, quam specificam dicunt. Communis est accidens separabile, & qualecumq; discriminē, quo tristis ab hilari, agilis à remesso, & idem vir à scipso olim puerο distat. Propria, accidens inseparabile, quo cygnus à corvo candore differt: is qui cæstos habet oculos ab eo qui nigros. Vtraq; fortuita discrimina notat. Tertia que maximè propria dicitur, naturalis est, & speciei procreatrix, quæ vocum communium tertiam numeratur. Hæc naturali discrimen notat, quo species

Cap. de diffe-
rentia:

vnaquaque à ceteris distat, quam Porphyrius ita de-
finit: Differentia est, inquit, qua de multis, specie autē differētibus, in questione quale quid est, dicitur, vt ratione præditum, & rationis expers, quibus homines & bestiæ distinguuntur: item corporeum, & corporis expers: animatum, inanimatum, & malus affectus: theoretica, practica scientia, &c. Differentianaturalem qualitatem eorū quæ eidem generi sub- sunt, & essentiā perficit. Differentia est (ait Quintilianus) dum genere in speciem diducto species ipsa discernitur. Hoc genera diuiduntur, & species pro- creantur. Differentia duplex est officiū, ex quo no- men duplex, & sicut in & diversitati. Systatica speciei efficiens est, quæ addita generi speciem procreat, vt animatum sentiens addita corporū generi, animalium speciem officiū: & rationis particeps hominem efficit, rationis expers bestiā: hinc specialis appellari pos- test. Diæretica est generis diuidens, qua genus in spe- cies diducitur, multisq; formis conuenit, vnde & ge- neralis

Differentiarū
duplex officiū

generalis

CORNELII VALERII 6

neralis recte dicetur, vt ratiois particeps, & expers, animalium genus diuidunt, tum mortale & immorta- le, itemq; volatile, terrenum & aquatile. Natura da- tum, & studio comparatum, habitum genus partiū- tur. Postremò differentiae aliae generales sunt, vt ani- matum, vt sentiens, quæ in multis formis dicuntur, aliae sunt speciales, & ultime speciei procreatrices, quæ vni tantum forme conueniunt, vt rationis particeps, & rationis expers.

De proprio, & de differentiæ & proprij
discrimine. II.

PROPRIVM est naturalis proclivitas, & agē di facultas, quæ vni speciei, soli, & semper, omni- busq; eius indiuiduis conuenit, & quod retro etiam potest cum ea vicissim committare, siue (vt vulgus lo- quitur) quod cōcertibiliter de sua specie dici potest, vt loqui, & ridere posse, homini conuenit, hinnire equo, mugire boui, rudere asino, latrare cani, valetu- dinem ledere morbo, &c. quæ inter se omnia reci- procantur. At ratione præditum esse, nō homini tan- tum cōuenit, sed cœlestibus etiam animis, cum tamen hæc propria sit hominis & naturalis nota, quæ nulli animalium reliquorum conuenit. Proprietas vni spe- ciei peculiaris, proprium dicitur, quod eius vim, na- turamq; ita declarat, vt vicissim de ea dicatur: estq; tantum vnius, cum differentia sit plurimum formarum. Plerique hoc ferè discrimen statuunt, vt differentia si- gnificet constituentem naturæ partem, vt in homine

B 2 meus:

Homo animal
ratione prædi-
tum & mor-
tale.

Propriums
vnius est spe-
cii, differens
tia plurium,

T A B V L A E D I A L E C T .

mens: proprium autem, quandam rei constitutæ consequentem affectionem & proclivitatem, ut ridendi ac loquendi facultas, quam potentiam nominant. Hoc quid propriū minis est, inquit Cicero, propria veri inquisitio & hominis. Cicero tñ primo of inuestigatio. Eodem pertinent functiones, & officia rerum propria, ut Rhetoricae propriū est benè dicere, Dialecticae benè disputare, iustitiae suū cuiq; tribuere.

Quatuor proprij significatiōnes. Enumerantur & aliae proprij significatiōnes, quarum prima est, qua proprium id appellatur, quod soli quidem conuenit, sed non omni, ut poētam esse, homini, non omni. Secunda, qua id proprium dicitur quod omni cōuenit, at non soli, ut vivere homini, sed non soli, bipedem esse, &c. Tertia, qua omni, & solidi dicitur conuenire, at non semper & perpetuo, ut canescere in senectute homini omni & soli, non semper Verè propriū. sed ferè in senectute. Quarta, qua proprium nominatur id, quod omni, soli, & semper conuenit, quod super possumus, vereq; proprium est. Differentijs & proprium species diuin: proprijs distinguuntur species cognatae: accidentibus guis, acciden: dignoscuntur individua ijs, qua à Rhetoribus attributis, induit, desribim
bus.

De Accidente. 12.

Accidens duplex.

ACCIDENTS (Græcè οὐρθεῖος, fortuitum, quod est adiunctum substantiæ) est vox quæ res naturis, seu subiectis inherentes notat: seu id, quod vel adesse, vel abesse potest sine rei pernicie, vel interiori: sive ut nunc loquuntur, præter rei corruptionem. Id cum per se coherere nequeat, subiecto fulcitur. Accidens duplex est, separabile, & inseparabile. Separabile

C O R N E L I I V A L E R I I . 7

rabile dicitur, quod subiecto facile detrahi potest, vt hilaritas, frigus, calor, (externū corporis calorem intellige, non illum vitalem, qui nō est separabilis) curvare, sedere, candor parteti inhærens, &c. Inseparabile est, quod à naturis separari re ipsa nequit, ut humor ab aqua, calor ab igne, pondus à saxo, que tantummodo cogitatione possimus à substâlia sciungere.

De vñ quinq; vocum, & de dupli ordine, & prædicatione. 13.

HIS vocibus rerum omnium quæ decem categorijs distincte sunt, appellationes continentur, quarum est multiplex vñsus. Indicant primum dictiōnū cognitionem, amplitudinem & angustum in cuiusque categoriæ serie, ut quæ vox cui tribui in definito posbit, vel non posbit, intelligatur. Deinde pronuntiatorum Naturam ostendunt, quorum alia necessaria sunt, ut quæ sunt ex genere, specie, differētia, & proprio constituta: alia non sunt necessaria, ut quæ ex accidente constant. Tum definitionum, & divisionum materiam suppeditant, & argumentorum inuentioni præcipue conducunt. Cognatarum communiumq; vñcum vñsum regula h.ec breuiter indicat, quæ præcipit superiora dici de inferioribus, ac paria de paribus: at inferiora de superioribus dici non posse. Tribuenda igitur esse genera formis, ut equus est animal, cyathus est poculum: formas individuis, ut bucephalus est equus: paria esse propriū, & speciem eam, cui id attribuitur, eaq; inter se reciprocari, ut hominis est, veri inuestigatio: accidentia, quæ cōcreta Grammatici vocat, sub-

Vñsus vñcum primus.

Secundus vñsus.

Tertius.

Quartus.

Regula.

Concreta subiecto tribuum tur, nō autem abstracta, nos

T A B V L A E D I A L E C T .

Nihil recte dicitur tribui, ut Achilles est iracundus: differentiam ergo
ex eius est ira, non proprium de formis dici, ut de homine dicuntur, men-
s figurata.

Duplex ordo seu predicationis
Naturalis seu
essentialis.

Accidentaria.

cum de naturis accidentia dicuntur, vel accidentia de
accidentibus alijs et diversis, nec alternativum (ut isti
loquuntur) positis. Alternativum ea ponuntur, quae in

Alternativam
poni.

eadem categoriarum serie collocata, alterum alterius subest,
aut utrumque eidem tertio, qualia sunt omnia categoriarum genera, vel etiam eiusdem ordinis voces diversis generibus aut formis subiectae, quae rei propositae et conuenire et non conuenire possunt, ut Socrates disputat, linea est recta, eruditio est bonum, imperitia malum. Huc referatur et similitudinis attributio, ut homo est homini lupus, &c.

De categoriis, seu decem cognatarum vocum
ordinibus, seu classibus quae praedica-
menta vulgo nominantur. 14.

Substantia &
accidens cog-
itatione tantum
sciuntur.

DECEM rerum ordines duplice discrimine distin-
guuntur, substantia et accidente. ac substantia
quidem primum ordinem occupat: accidentium
varietas nouem reliquis classibus explicatur. Substan-
tiae veluti subiecto inhaerent accidentia, quae incolu-
mi

CORNELII VALERII. 8

mis subiecto cogitatione tantum, ut dictum est, sciun-
guuntur, a quibus tamen qualitates aliquot, que pro-
pria sunt, excipiende videntur. Prædicamenta (que
Græcè melius categoriæ nominantur: Quintilianus
elementa vocat) sunt rerum simpliciū ordines, in qui-
bus res unius generis digestæ collocauntur. Numerari
tur autem prima rerum genera, seu capita, omnino de-
cem, substantia, quantitas, qualitas, ad aliquid, age-
re, pati, ubi, quando, situm esse, habere. supra qua-
tum emicant Res, et τὸ ὄψ et τὸ ἵπ, quae in uniuersitate
rerum natura, prima statuuntur ac suprema. Talia
sex à Dialectis ponuntur, que transcendit nomi-
nare, ut ens, res, aliquid, unum, verum, bonum. Cata-
goriarum ordinem, ac seriem suis membris accuratè
distributam mox proponemus, si prius vocum aliquot
interpretationem explicuerimus, que vulgo dicuntur
anteprædicamenta.

De anteprædicamentis, ac primum de homony-
mis, synonymis, et paronymis, &c. 15.

I N vocibus et categorijs studiosè cauendum est
id quod Aristoteles docet ἡ τοῖς τριῶν κατηγορίων
(Vulgus anteprædicanta vocat) ne vocis πολυσήμου
ambigua significatio disputantem fallat. Cuius gene-
ris sunt ἀειώνια (que voce impolita nominantur et qui
voca) que uno nomine plura significant. Quintilia-
nus, Homonymia est, inquit, cum pluribus rebus, aut
hominibus eadem appellatio est, qualia sunt hæc: gal-
lus, canis, lupus, taurus, que res plures singula notat,
nominisq; tantum societate coniuncta, rei seu naturæ

Aequiuocosa
seu homono-
mya.

Homonymia.

T A B V L A E D I A L E C T .

communione dissentunt. Nam canis vocabulo sydus, & animal continentur. Tauri nomen, bouem, motem, sydus, & philosophum complectitur. Hac isti vocant æquiuoca æquiuocata, nempe res ipsas & significata, quæ una voce homonyma, seu ambigua continentur. Illam vero ipsam vocem res plures complectentem nun cupant æquiuocū æquiuocans, Gr. εισινομία. Quæ quidem nomina sunt imprimis fugienda, nec locus his in dialectica dari possit. illus, nisi vniuoce, ut nunc loquuntur, accipiuntur, & distinete. Recipiunt autem sunt synonyma, (quæ ab illis appellatur vniuoca) quæ uno modo ac ratione dicuntur, sive quorū & nō men est commune & eadem natura, ut homo, asinus, aquila, quæ ad communem animalis vocem (id genus est, suumq; nomen & definitionem formis suis imparet) referuntur, sed proprijs tamen singula differentijs distant. Vniuoca vulgus item duplia facit, vniuocata, & vniuocantia. Ea dixerunt vniuoca vniuocata, quæ sunt nominis cōmuni subiecta, veluti species, quæ ad idem genus referuntur, Græc synonyma. Et nomen illud commune, cui hæc subsunt, vniuocas appellauerunt, Græci synonymian. Paronyma, quæ vocantur denominativa, ea sunt, quæ ab alio derivata solo fine differunt, ut dialecticus nomen dicit à dialectica, satis à sanitate. Cæterum homonymis opponuntur polyonyma. Illa res diuersas una voce significat: hec differentibus nominibus rem unam declarant, ut ensis, gladius, &c. Synonymis opponuntur heteronyma. Illa sunt eiusdem nature, referunturq; ad idem nō men, & unum genus: hec diuersæ naturæ sunt, & ad diuersa

Aequiuoca æquiuocata.

Aequiuocum æquiuocans.

Quando locis homonymis.

Synonyma.

Vniuocata & vniuocantia.

Paronyma
seu denominativa, latinæ cōfigurata sive cō-

Polyonyma.

Heteronyma.

C O R N E L I I V A L E R I I . 9

diuersa referuntur genera, ut leo, candor, quoru illud ad animalium genus refertur, hoc ad colorē. Tradit idē Aristoteles & alia nonnulla, ut sunt, dici quædam cōiunctim, quædam separatim. Dici aliqua de subiecto, quæ in subiecto non sint, ut homo: aliqua esse in subiecto, quæ de subiecto tamen non dicantur: quædam nec in subiecto esse nec de subiecto dici, ut singuli homines. Dici de alio, id est, tribui inferioribus. Esse in subiecto, sic in aliquo intelligi, ut accidentis in subiecto. Diuersorum generum, quæ in serie non collocantur, diuersas esse specie differentias, quæ iudicanda nobis tantum videbantur.

Dici de alio.

D e s u b s t a n t i a , p r i m a C a t e g o r i a . 16.

S U B S T A N T I A (seu essentia, οὐσία, quam Cicerone naturam nominat) est res per se constans. Essentia, quatenus per se coherentem naturam significat, nullo egit adminiculo, at vestitur tamen accidentibus, ac quasi formatur. Nihil enim præter accidentia quædam rerum, magnitudinem, colorem, &c. oculus conspici potest. Huius ordinis sunt spiritus, sydera, clementia, animantes, plantæ, lapides, metalla, meteoræ, liquores, &c. Eodem pertinent & naturarum partes, ut membra corporis, & plantarum fructus, ut os, manus, ouum, flos, folium, &c. Item cädaver, diaq; innumerabilia, esculenta, poculenta, condimenta, lataria, &c.

Substantia.

D e s u b s t a n t i a p r i m a & secunda, & de substantia proprietatibus. 17.

B 5 Sub-

T A B V L A E D I A L E C T .

Substantia pri:
ma, individuum est.

Secunda substantia, gene:
ra & species.

Substantiae pro
prietates.

Definiendi ra
tio ex ordine
substantie.

In Topicis.

S V B S T A N T I A prima (vt Aristoteles ait) ea est, quæ nec de subiecto vlo dicitur, nec in subiecto vlo inest, vt quidam homo, quidam equus, veluti So crates, Bucephalus, &c. quæ sunt individua & res singule. Secunda est, quæ complectitur formas eas, in quibus primæ nature insunt, earumq; formarum genera, vt sunt homo, animal, aliaq; genera & species. Substantia contrarium nihil est, propriumq; ei contraria posse recipere. Non sunt autem contraria ignis & aqua, sed diuersa. Substantia non potest augeri nec minui, siue vt isti loquitur, non suscipit magis & minus. Nihil enim essentia addi potest, vt magis essentia sit: nihil deminuiri, vt essentia nomen admittatur: Siquidem puer ad etatem virilem excrescentes, qualitate quidem differunt, natura tamen horum sua vi coherens permittent. cumq; puer gracilis, crassus, doctus, amicus esse, disputare, cædi, sub dio noctu iacere penullatus possit, his omnibus variantibus natura tamen constat. Ex hoc ordine, vt & ex cæteris sequentibus, definitionem materia petitur, genus proximum & differentia speciei efficiens: vt definitiones ducentur ad hunc modum: Equus est animal rationis expers, aptum ad hinnitum. Non est autem necesse à primo genere per omnes finis lateris differentias circumferre speciem, neq; (vt Cicero præcipit) id usq; à capite arcessere, id est, à summo genere eius ordinis, in quo species definita collocatur.

Ordo categoriæ substantie.

48.

Subst.

C O R N E L I I V A L E R I I . 10

S V B S T A N T I A in formas duas diducitur, corpoream & corporis expertem. Corporea dicitur quæ cernit tangi'ne potest, vt corpus. Corporis expers est, quæ sub oculos non cadit, sed sola ratione intelligitur, vt spiritus, Deus pater, filius, Spiritus sanctus, angeli boni, & mali, Michael, Belial, manes, lares, genij, &c. Corpus duplex est, simplex & concretum. Simplex quod ex elementis seu materia non consistit. Stat, vt sunt orbis celestes decem vel undecim, & elementa quatuor, vt terra, aqua, aer, ignis, sphaera Luna, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni, Cœli seu firmamenti, cristallini cœli, motus mundi seu primi mobilis, empyrii seu beatiorum sedis: sydera omnia quæ caelo sunt infixæ, helice, cynosura, bootes, arcturus, hædi, pegasus, &c. Concretum, quod est ex elementis conflatum, atq; hoc duplex: animatum & inanimatum. Animatum corpus seu vitale dicitur, quod vi & natura crescendi & coalescendi per se prædictum est. Inanimatum est vita expers, quod aliunde crescenti vim accipit. Animatum, vel sentiens vel sensus expers. Sentiens, id est, quod patibilem habet natum, vt anima. Id vel ratione prædictum est, vt homo, cui subsunt Plato, Aristoteles, & reliqui innumerabiles. Vel rationis expers, vt bestia, terrene, gradientes, & serpentes seu reptantes, vt leo, vipsaria, lumbricus, & amphibia. Aquatiles, asellus, calaria, aphia, saperda, dolphin, &c. Volentes, aquila, noctua, apes, & omnia insecta, &c. Alij distribuunt corpus animatum sentiens in animal, & zoophytum. Zoophytum vocant stirpem animalis nature participem,

Substantia.

Corpora.

Corporis exs.

Corpus.

Simplex.

Concretum.

Elementa.

Cœli.

Empyrii.

Sydera.

Constatum.

Animatum.

Animatum.

Inanimatum.

Sentiens.

Rationale.

Irrationale.

Animal.

Zoophytum.

T A B U L A E D I A L E C T .

Plantæ. pem, ut vrticam marinam & spongiam, que sentire propius accedentes putatur. Sensus experti planta sua bjecitur, cuius sunt tres formæ: Arbor, ut malus, nux, pomia, &c. Herba, ut malua, fruges, leguminæ, olea, radices, frumenta, gummi, & resine, aromata, semina, flores, &c. Frutex, ut rubus, genista, arundo, &c. Inanimū dicitur quod vita caret: id vel perfectum est, vel imperfectum. Perfectum complectitur ea, que cruentur è terra, & fossilia, ut aurum, ferrum, & fulgur, argentum viuum, nitrum, alum, sal, &c. Et lapides, quorum alij sunt viui, seu naturales, ut gēma, veluti achates, magnes, &c. & saxū, ut mons, rupes, silix, &c. Alij cotti, ut lateres, tegulae, vitrum, &c. Et liquores, ut vinum, lac, mel, saguis, pituita, fontes, flumina, &c. Imperfecto subiiciuntur ea quæ in aëre gignuntur, veluti meteora, ut tonitrua, fulmina, vapores, nix, grando, pluia, ros, venti, &c. Calx, vitrū, lateres, tegulae, sal, panis, &c. quāquam artificis opera iuuentur, cum tamen hæc natura perficiantur, ab hoc ordine quibusdam non vindentur excludenda: alij qualitates esse contendunt, quod à qualitate nomen accipient.

Meteora.

Tabula substantiæ

Suba-

CORNELII VALERII.

Simplex vt sunt	Corpora rea, vt Corpus	Corporis exper., vt spiritus	Concretū	Corporis exper., vt spiritus	Inanimatū	Deus Angelus Anima, umbra, manes &c. Substantia, reliquarum categoriarum subiectum est.	Corpora eae: Iesua. Elementa.	Ratione præditū vt homo &c.
								Ratiōnis expers, vt bestia Aquatilis. Terrenz. Volarilis. Inter hæc conchylia sunt. Arbor, vt pyrus, &c. Frutex, vt vepres, &c. vt stirps, Herba, vt lactuca, &c.
Sub: statiā seu na tura	Animatum quod vitam habet.	Sensus expers, vt stirps,	Species ultimæ in individua secantur. Metalla & fossilia.	Sentiens vt aīal.	Perfectū aut ut sunt.	Lapi: Viui Gema Saxum. Adduntur lateres &c. Imperfectū, vt meteora, nix, grando, &c.	Ratiōnis expers, vt bestia Aquatilis. Terrenz. Volarilis. Inter hæc conchylia sunt. Arbor, vt pyrus, &c. Frutex, vt vepres, &c. vt stirps, Herba, vt lactuca, &c.	Socrates Plato &c.
								Plato &c.
Inanimatum	Inanimatum	Inanimatum	Inanimatum	Inanimatum	Inanimatum	Inanimatum	Inanimatum	Inanimatum

De quantitate, primo accidentium ordine. 19.

Q V A N T I T A S e s t , q u æ r e r û magnitudinem & multitudinem complectitur. Dupliciter enim diuisa est, quam magnum, & quam multum sit: illo continuata quantitas seu coniuncta & cohærens continetur, que corporum est magnitudo: hoc discreta, seu deiuncta, & separata, que est corporum multitudo.

Quæ

T A B V L A E D I A L E C T .

Quantitas cō iuncta.	Quantitas coniuncta, & deiūcta definiuntur hoc modo : Coniuncta quantitas, cuius partes cum termino aliquo cōmuni copulantur, qui unius est extremū, & alterius initium, quomodo partes lineaē cum punctis, superficieē cum lineaē, corporis cum superficiebus, temporis cum instanti coniunguntur. Discreta, cuius partes cum communi aliquo termino non copulantur, sed separate sunt. Coniuncta quantitatis hæ sunt forme :
Linea.	linea, superficies, corpus, tempus, quibus additur locus. Linea est longitudine sine latitudine, & altitudine seu crassitudine. Ea est aut recta, ut diameter, pes, vlna, stadium, &c. aut prava, ut spira, arcus, &c. Superficies est extremitas longa & lata, nō crassa. quæ duplex est, aqua seu plana, ut area, campus, &c. initia quæ seu flexuosa, ut testudo, camera, &c. Et hæc duplex : concava, interior rotundi pars, conuexa exterior. Corpus est, quod longitudinem, latitudinem, & crassitudinem complectitur, estq; vel rotundum ut globus, pila, &c. vel angulare, ut cubus, turbo, pyramis, cylindrus, &c. Mathematicum corpus hic accipe in quo sola spectatur magnitudo ab omni materia sciunta : id quod fieri cogitatione tantum potest. quo modo lineam carere latitudine, & superficiem crassitudine (quod re ipsa fieri nequit) intelligimus. Locus hic interullum notat locorum. Tempus triplex est : præteritum, instans, futurū : continetq; partes, annū, mensem, diem, horam. item biennium, lustrum, &c. Deiunctæ quantitatis seu discretæ sunt due species, numerus & oratio. Numerus est unitatum collectio, multitudine & summa. Oratio hic accipitur pro syllabā barum
Superficies.	
Corpus.	
Corpus ma- thematicum.	
Tempus.	
Discretæ qua- titatis due spe- cies.	
Numerus. Oratio.	

C O R N E L I I V A L E R I I . 12

barum longarum, breuiumq; modulatione, quarum singulæ separate sunt, & diuersas habet temporū mēsuras. Versatur hæc in compositione, dactylica, spondaica, iambica, &c. In cātu, seu rhythmō, musica barmonia. In versu, poëtica. Referuntur ad hunc ordinem omnia mensuraru nomina, quibus vel liquida vel grida metimur, qualia sunt amphora, congius, sextarius, modius, &c. & ponderum nomina, ut quadrans, mina, talentum. Numeri principales quos cardinales vocant, ut unum, duo, tria, centum, mille, &c. ternio, quaternio, senio, senarius numerus, &c. Sed primus, secundus, centesimus, millesimus, & reliqui ordinis numeri ad relativa pertinent. Oratio numeroſa, de qua multa rhetores, rhythmī, musicæ mudulationes, ac totum versificandi genus. Quantitas contraria carent. Neq; magnum, aut paruum cōtraria sunt, sedre latiuia: neq; nox & dies, quæ priuantia sunt. Nec intentionem capit nec remissionem, sed maius & minus recipit. Ei q; proprium est, res ex ea æquales dici vel inæquales, pares vel impares. ut numerus numero, gressus gregi, &c. Hinc ita licebit definire : Ager est superficies, seu extremitas plana frumentis ferendis apta, &c. Linea, superficies, corpus, & (si hæc à superficie separe) locus positionem, ut vocant, inter se habent : numerus, tempus & oratio non habent. Tempus enim cū non permaneat, habere situm non potest, &. Volat irrevocabile verbum. Quantitas & qualitas ita differunt. Res diuidua quātitate significatur, qualitate res indiuidua. Illa quātum facit, hæc quale. Quantum dicitur id, quod ex quantitate nomina

Froprerates
quantitatis.

Definienda
ratio.

Alia quantita-
tis partitio.

Differentia
quantitatis &
qualitatis.

Quantum,
quantitas.

T A B V L A E D I A L E C T .

nominatum est, ut magnum, paruum, &c. Eadem est qualitatum & qualium ratio. Qualitates sunt candor, nigror, letitia, &c. Qualia, candidum, nigrum, letum, &c.

Qualitas
qualia.

Sequitur tabula quantitatis.

Quā: ritas.	Linēa	{ Recta, ut vīna, pertica. Praua, ut spira, arcus.
	Superficies	{ Aequa, seu plana, ut area. Iniqua seu flexa, ut camera.
		Additur locus.
	Corpus	{ Rotundum, pila, sphēra. Angulare, tessera, pyramis, &c.
		Prateritum.
	Tempus	{ Instans. Futurum. Absolutus { Par— Impar. &c.
	Numerus	{ Relatus, ut duplus, triplus, &c. Figuratus, ut trigonus, tetragonius. Cōpositio[n]e, dactylica, spōndāica, &c.
	Discreta separa: rata.	{ Cātū, seu rhythmo, ut har monia { Diapente Sexametro { Dialessaron &c. Versu { Pentametro, iambico, &c.
	Oratio ver fatur in	

De qualitate.

20.

Q V A L I T A S est animi, vel corporis affectio, ex forma, ex qua nomē aliquod ducitur, ut à prudētia, et dialectica prudentes et dialectici dicuntur.

Qualitas est, inquit Aristoteles, ex qua quales aliqui nominantur.

C O R N E L I I V A L E R I I 13

nominatur. Qualitatis species quatuor sunt, quarum prima continet habitū et dispositionem, quae rectius diēticos Græcè vocetur aut affectio Latinè. Habitū est constans et absoluta aliqua in re perfectio, non natura data, sed agēdi consuetudine et exercitatio ne longa nobis comparata. Estq; animi vel corporis.

rima. Vide chiliades Eras. Aristoteles quatuor tan-
tum posuit quæstiones, quæ sunt & in hoc nostro ca-
talogo præcipue: An sit, Quid sit, An illud tale ve-
sit, Quamobrem sit. Ad quas referuntur & aliae
quæstiones quatuor: generis, definitionis, proprii-
& accidentis, quod res omnis quæ ad disputandum
proponitur, aut generis quæstionem habeat, aut de-
finitionis, aut proprii, aut accidentis. Admonendum
hic videtur illud, ut propositam quæstionem per cō-
munitum vocum titulos circumferamus, obseruaturi ge-
nus, speciem, proprium, accidens: & si videtur, per
plerofq; locorum indices. Vtile quoq; fuerit circum-
stantias obseruare, & coniunctæ quæstionis partes, ut
initio dictum est, ad simplices voces reuocare. Quæ
res incredibilem suppeditabit orationis copiam. Vide
preterea Rodolphum lib. 2. cap. 28. & 29. Præcie-
piendum est illud est, ut eum seruemus in docendo re-
rum ordinē, quem bonis authoribus videmus esse fa-
miliariſſimum, ut à generalibus principijs ad ſpeciales
declaraciones per distributionem deducatur disposi-
tio,

tio, veluti à definitione rniuersa ad singularium par-
tium explicationem. Hunc methodicum rerum ordi-
nem Cicero tenet cum locis pluribus, tum præcipue
tribus illis Officiorum libris. De diſpositione artis &
consilij dictum est in Rhetoricis, & supra etiam in-
dicatum est sub capite extremo 33.

Tabula tertia elementorum argumentationis.

De enunciatione, seu propositione. 36.

PRIMA tabula voces & categorias continuebat,
altera simplicium vocum topicalam, id est, diffinitionem
& diuisionem explicitum, & methodum seu compen-
diariam simplicium quæſtionum tractationem. Qua-
re cum in utraque de simplicibus quæſtionibus fatis
dictum videatur, nunc de coniunctorum themati ra-
tione dicendum. Themata cōiuncta seu copulata co-
stant ex integra oratione, ut sit ne voluptas malum?
sit ne bonum paupertas? Haec tractantur argumen-
tatione, quæ ex enunciationibus efficitur. Enunciatio
autem seu enunciatum (quæ nunc ferè propositiō ap-
pellatur) est oratio perfecta, qua verum aut falsum
quid esse perspicue declaratur: à M. Varrone prolo-
quium dicitur. & Cicerone pronunciatum, effatū, enū-
ciatum. Enunciatiua dialecticorum propria est ora-
tio: sed deprecatiua, imperatiua, interrogatiua, vo-
catiua, & si quod aliud sermonis genus est, oratorum
sunt ac poëtarum. Duplex est enunciationis utilitas.
Monemur primum, ut in omni causa rei summan brc
uiter comprehendanus. Deinde, ut longas authorum
argumentationes detracto ornatu rhetorico in simpli-
ces propositiones redigamus.

Themata con-
iuncta.

Enunciatio seu
propositio.

In Tuscula,
In academ.
Defato.

Vtilitas enum-
ciationum.

Categorica enunciatio. EN VNCIATIONVM alia est categorica, id est, simplex, vt Cato est sapiens: alia hypothetica, seu copulata, ex simplicibus enunciatis constans: vt si Cato sapiens est, et gritudinis est expers. Categorica est oratio indicativa, qua ex duobus terminis subiecto et predicato conficitur, ea forma, qua Grammatici ex nomine et verbo indicatiuo perfectam orationem absoluunt: (nomini adduntur pronomina: verbo et nomini participia. Reliquae partes orationis a grammaticis traditae supplementa sunt tantum et coniunctiones) vt sapientia est expetenda. Sapientia hic subiectum est, expetenda est praedicatum. Terminos Dialetice appellamus propositionis partes, in quas ipsa resolutur. Subiectum vel subiectus terminus nomen est, et prior enunciati pars. Praedicatum, verbum est, et pars posterior. Priori aliquid tribuitur, vel admittitur. Posterior pars ipsum illud est, quod tribuitur, vel detrahitur. Priorem terminum Graeci οὐσίαν appellant, quod nostri subiectum conuerterunt, id est, de quo aliquid dicitur. Alterius Graeci ἀτηγεόμων, nostri vocant praedicatum, quod Latine attributum, seu dictum appellatur, id est, quod de alio dicitur. Utique partem si dictum nomen est, connecit verbum substantium. Est, quae tamen copula in verbis non requiritur. ut hic: Deus omnia gubernat. Omnia vincit amor. idem est cum eo: Amor est omnium victor, et Deus est omnium gubernator. Non est autem necesse terminum utrumque simplicem

Simplicem esse, et (ut illi recent) incomplexum, nec ordine precedere subiectum, quod prius tamen intelligi necesse est.

Enunciati categorici diuisiones
tres. 38.

DIVIDUNTVR categorica, seu simplicia prouinciata primum in vera et falsa. Vera sunt rei consentanea, eaque vel necessaria sunt, vel fortuita, seu contingentia. Necessaria certa sunt, et vel natura= Necessaria, videlicet supra sub= Vera. coharent individuum, species, genus, differentia, proprium, definitio, cause, et effecta propria, et accidentia quædam perpetua, ut homo ratione predicitus est, ignis est calidus, et c. Fortuita sunt, que fieri solent, et usu veniunt, suntque credibilia, ut contingentia. pecunia bonum est, voluptas malum, et c. Falsa, id est, differentia et aliena à veritate, que vel natura, vel doctrina experientium improbanter, ut sunt ea quoque, quae Græci άλιγατα dicuntur, id est, impossibilia, ut Animus est mortalis, homo bestia est, lapis sentit. Secunda diuisione distribuuntur enunciationes in Aientes et negantes, quas vocant affirmativas et negativas. Aientes sunt, quibus quippiam alicui inesse dicitur, ut voluptas bonum est. Negantes sunt, quibus aliquid inesse negatur. ut voluptas non est bonum. Negantes intellige, cum ad principalem copulam seu verbum additur negatio. Neque enim hæc negans est: Hi quibus non est quod agant, aliena curare solent, id est, ociosi plerique ea curant, quæ nihil ad se pertinet.

Tertia diuisio	nent. Neque hæc negat: <i>Anima est non mortalis, sed ait.</i> Tertia diuisione tribuuntur enunciationes in generales, particulares, indefinitas, et singulares.
Generales,	Generales seu de rebus vniuersis dicentes, (vniuersales ferè nominant) que sunt omnino vel vere, vel false. ut, <i>Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.</i>
Particulares.	Inuia virtuti nulla est via. Particulares seu ex parte dicentes, que sunt quadam ex parte vel vere, vel false. ut, <i>Quidam nimia gloria cupiditate trahuntur.</i>
Indefinitæ.	Quidam gloria non ducuntur. Indefinitæ, sunt quibus oīrētūzogīpar & sunt detracta: (ea signa vocant & consignificatiua, ut omnis, nullus, aliquis, quidam, &c. que terminis adduntur: ipsa termini non sunt, nisi genere neutro sumantur, ut Amicorum cōmunita sunt omnia: Bonum per se expeditur. aut nisi facilè substantiū subaudiatur, ut in his, nihil, nemo, nullus, quisquis, quicunque, ut virtijs sine nemo nascitur) ut vilius argentum est auro, virtutibus aurum. Fortitudo virtus est. Homo homini præstat.
Signa.	Indefinitæ ex maximè, que de rebus dicunt necessarijs, generale pronunciatum valent: que de contingentibus, particulare. quamquā in particulari significandi ferè signum addi solet. Singulares seu de rebus singulis enunciantes, quas indiuidua etiam nominare licet, ut Cæsar vicit Pompeium. Quid. Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses. Indiuidua à rhetoribus hypothesis appellatur: superiores illæ thesi continentur. Harum diuisionum quadam hypotheticis etiam conueniunt. Primam illam diuisionem, subiecta, qua litas, qualitas: qua tribuitur enūciatio in categoricā & hypoteticā, dialecti-

dialectici nostri secundum substantiam fieri dicunt: secundam enunciationum simplicium diuisionem, que aientes & negantes complectitur, qualitatem propositionum vocant: tertiam, qua generales & particulares cum ceteris continetur, quantitatem nominant. Has tribus interrogādi notis distinguunt, quæ, qualis, quanta? Quæ, substantiæ: qualis, affirmatione & negatione: quanta, generalitatē & specialitatē notat.

De modificatis enunciationibus, quas modales appellantur.

De triplici pronuntiatorum materia.
Quid de necessario, et contingentí sentiendum videatur. 39.

FECERVNT & aliam categorici pronunciati distributionem, qua id secuerunt in propositionem de inesse (sic isti loquuntur) & in modalem. Licebit dicere puram seu absolutam, & impuram seu modo quodam enunciatam. Pura est, homo est animal: Modalis, hominē esse animal necesse est. Modi numerantur quatuor præcipui, possible, contingens, impossible, necessarium, seu necesse, quibus triplex indicatur ab illis enunciationū materia, naturalis, remota, & contingens. Necesse naturale notat materiam, ac verum, certum' que pronunciatum: impossible remotam, ac repugnantem, falsam' que enunciationem: reliqui contingentem. Ex his proloquijs syllogismos construunt, qui si recte sobrieq; tractentur, nonnullā fortassis utilitatem attulerint. Modaliū etiā equipollentias, oppositiones, conuersiones, incleganti

Emundatio,
Pura.
Modalis.

Triplex emun-
cationum
materia.

orationis genere tradunt, quæ magna sepe temporis iactura studiosos ad utiliora properantes detinent. Agitantur hoc loco sententiae diuersæ de necessario & contingenti, de quibus quid sentiendum videatur, ostendan breuiissime. Non cuenire omnia fatali necessitate (id quod falsò dixerunt Stoici) deleat, quæ esse aliquem ac libertatem certum est. Non enim, si quid eorum cumentum, quæ ab humana voluntate, & non diuina oriuntur, Deus preuidit, ideocirco id cuenire necesse est, cum si quid est mali id nec velit, nec probet Deus omnis boni fons & autor. Sed quæ ex diuina voluntate pendent, ea certa sunt, ut est resurrectio mortuorum futura. Certa etiā sunt conferè, que naturæ instituto contingunt, ut est solis ortus & occasus in orbe nostro quotidianus, temporum vires, astrorum cursus, &c. Et tamen facile est omnia posse deo, cum sit Omnipotēs, etiā sistere sole. Præterita quoque & præsentia necessariæ vera aut falsa esse nulli dubium est. Sed res fortuitæ & quæ sunt in nostra potestate, atque ea, quarum ea est natura ut & fiant & nō fiant, in alterutram partem cadere possunt, nec certe definiteq; veræ sunt.

Alia retū est
repugnantia,
de qua dicetur
in locis.

De repugnantia pronunciatorum, quam oppositionem nominant 40.

Opposito.

EN VNCIATIONVM binarum tres sunt in-
ter se affectiones, seu accidentia, seu proprietates,
quæ vulgo nominibus vñstatis appellatur, oppositio,
equipollentia, & conuersio. Oppositio, est bina-
rum enun-


rum enunciationum categoricarum, quibus idem est & subiectum & prædicatum, repugnac̄ia. Oppo-
sta Cicero contraria nominat. Contrariarum autem in Topicis.
enunciationū formæ numerantur quatuor, quæ vulgo vocātur contrarie, subcontrarie, contradictorie, & Aduersæ.
subalterne. Contrarie Latine dicuntur aduersæ, vt omnis bestia rationis expers est: & nulla bestia rationis est expers. Aduersantū ea est natura, ut ambæ veræ nunquā falsæ verò quādoq; esse possint ea, que sunt ex contingenti: ut, Omnis voluptas est bonū: &, nulla voluptas est bonū. Subcontrarie, que subiectū tur aduersis, quas an contrarias esse crederem, sepe dibitai: ut, Aliqua voluptas bona est: & voluptas ali- quano est bona. Aliqui docti sunt: &, aliqui nō sunt docti. Hę falsæ nunquā pariter esse dicuntur, sed veræ quādoq; posse in contingentibus, sed his, ut ego puto, diuersis. Nam si de iisdem sentias, quorum idem est subiectum, ut quos alius doctos esse dixerit, tu eosdem neges esse doctos, profectò verum alterum esse, & alterum falsum necesse est. Sic igitur statuanus, Lex in sub-
contrariis alterum verum esse, alterum verò falsum, nec in fortuitis vñtrunque verum esse posse, nisi ea sint diuersa, que iam non dicentur opposita. Contradictorie, Latinè contradictores, seu dispa- Cōtradictores.
ratæ, quæ pugnant acerrimè, nec vñquam simil aut veræ esse possunt, aut falsa: ut, Omnis volu- ptas est expetenda: &, Aliqua voluptas non est expetenda: Eadem est & in repugnancia singu- larum, seu indiuiduarum ratio. ut Cicero poëta est, & Cicero non est poëta. Item' que in definitarum de Regula cōtra- dictiūm.

T A B V L A E D I A L E C T .

Rebus vniuersis dicentium, ut, Virtus est expetenda,
Virtus non est expetenda: Ignis vrit, Ignis non vrit.
Quartum genus repugnantium addiderunt isti, quas
subalternas appellant, que sunt enunciationes parti-
culares sub generalibus posite, ac sola quantitate
distantes: ut, Omnis voluptas est bonum: et, Ali-
qua voluptas bonum. Item, nulla voluptas bonum:
et, aliqua voluptas non est bonum. Que cum non
videatur dissentire (nam nulla est inter has negan-
tia) prætermitti possunt.

Tabella repugnantium.

Omnes homines glo- Contrariae. Nulli homines
ria ducuntur gloria ducuntur.



Aliqui homines Subcontrarie Aliqui homines glo-
aliqui homines Subcontrarie Aliqui homines glo-
gloria ducuntur. gloria non ducuntur.

Captionis,

C A V E N D V M in hac tota enunciationum
discordia, ne qua lateat ἀμφορία ἡ τολυσμία vocū.
tum etiam videndum, ut utrobique terminus idem
subiectus

C O R N E L I I V A L E R I I . 31

subiectus sit, et idem attributus. Nullum enim est
hic disidiū: Virgilius optimus est poëta: Cicero non
est optimus poëta. Nec in his, Crassus diues est:
Crassus non est diues. si illic ciuilem intelligas opu-
lentiam, hic philosophicam. Postremo, ut in repu-
gnantibus idem termini codem modo significant, de
codem loco, eodem que tempore intelligentur. Utilis
hęc oppositorum cognitio est, et necessaria, que
docet pugnantia videre, et, quod dialecticę propriū
est, verum à falso discernere.

D e æquipollentia.

41.

A E Q V I P O L L E N T I A (oppositioni con-
traria) quam iōdīwεpīā Græcē rectius appellau-
eris, est pronuntiatorum eiusdem subiecti, et prædi-
cati concordia. De qua hoc tantum precipiendum
videtur, ut probata latini sermonis consuetudo in
variandis per isodynaniā enunciationibus retineatur
et aurium subinde iudicium cōsulatur. Pro æquipol-
lentibus enunciationibus Latīnē dicemus pronuntiata
idem declarantia. Signa autem iōdīwεpīā, seu no-
tæ idem declarantes ha sunt: omnis, et nullus non,
nemo non, quis non? Non omnis, et quidam non, nō-
nullus, et aliquis, quidam, haud illus; sive haud
quisquam, et nullus, et c. ut, nullus non quæstum
captat, idem est cum eo, omnes captant. et c.,

D e conuersione.

42.

C O N V E R S I O , est terminorum in pronun-
tiatis reciprocatio, seu commutatio, qua subiectus

E 3 et attribu-

Velitas repu-
gnantia.

Note idem de-
clarantes.

T A B V L A E D I A L E C T .

Simplex con-
uersio.

Ex attributus, alter in alterius locum migrat. Eius sunt duo genera, que à dialektis appellantur, simplex & per accidens. Simplex est mutua pronuntiatur inter se commutatio, cum seruata enuntiaturum tum qualitate, tum quantitate commutantur termini. Hoc modo binæ reciprocantur generales negantes inter se, & particulares aentes inter se. vt, Si nulla iustitia virtutem est, certè nullū virtū est iustitia. Quedam fortitudo virtus est, & quedam virtus est fortitudo. Interdum hoc modo & generales aentes inter se commutantur, ex presertim, quarum termini pares sunt, & de se viciū dicuntur: vt, Omnes iusti suum cuique tribuunt: & qui cunque suum cuique tribuunt, iusti sunt. Alias via tiosum erit: vt, si conuertas, Omnis homo est animal, in hanc, omne animal est homo. Nec potest priori forma verti particularis negans: vt hæc, aliquod animal non est homo, in hanc, aliquis homo non est animal. Alter conuertendi modus per accidens, est generalium in particularia commutatio. Hac forma signa mutantur, & ex generalibus particularia colliguntur. Nam ea reciprocatio sit ex enunciatione generali aente in particularem aientem: & ex generali negante in particularem negantem: vt, Si omnis patientia fortitudo est, profectò quedam fortitudo patientia est. Nemo malus felix, felix igitur sapiens cūm sit, malus esse nequit. Siquidem a conuersione firma ducuntur argumenta ex loco communis: Cui species conuenit, ei conueniet & genus. Hanc conuersionis varietatem brevissimè versiculus ille protri-

Conuertio per
accidens.

Firma ex con-
uersione ducū-
tur argumenta.

tus com-

C O R N E L I I V A L E R I I . 32

tus complectitur: Ecce, tibi simplex vertit: facit, edo, per acci. id est, per accidentis. In quo vocales quatuor notandæ sunt, a, e, i, o. quorum A, pronunciatum significat afferens generaliter: E, negans generaliter: I, ex parte afferens: O, ex parte negans. Sensus versiculi est: Simplex conuersio mutat in e, item' que i in i. Sed que est per accidentis, conuertit a in i, & c in o. Spectatur huius commutationis usus in argumētando, ex probandi ratione per contradicitionem: vt in hoc reciprocationis genere, quod isti vocant conuersionem per contrapositionem, in qua termini sunt oppositi & cōtradicentes (terminos enim finitos in infinitos mutat, qui nō sunt Latinis in usu) Tertia conuer- fionis forma, que est tercia conuersionis forma à recentioribus ad- iecta: vt, omnis homo est animal: quod igitur non est animal, id homo non est. argumento à genere ad speciem ducto. Itē, Omnis voluptas est expetēda. Quod igitur non expetitur, non potest voluntas videri. Id isti ita enunciarent: Omne non expetendum, est non voluntas. Sic effantur ex alia: Si quedam virtus non est iustitia, quiddam non iustitia, non est non virtus: portentosa dicendi forma,

De enunciatione hypothē-
tica.

43.

H I P O T H E T H I C A , seu copulata enunciatio est, quæ ex simplicibus constat: Boētio conditionalis dicitur. Cuius tres sunt formæ; connexa, coniuncta seu copulata, & disiuncta, que vulgo vocantur conditionalis, copulativa, &

E 4 disiuncta

Connexa.

Connexa ve-
ritas.

Comuncta.

Coniuncta
veritas.Coniunctionis
negativa.Disuncta &
bius natura.

disunctiuia. Connexa dicitur, cuius initio, si, con-
nectio prefigitur. vt, Si doctus est, literis studuit:
Si sol ortus est, dies est. Quae vera censetur, cum par-
tes mutua connexione ita cohaerent, ut ex priori se-
qui posterius necesse sit. Coniuncta seu copulata, cu-
ius partes connectuntur coniunctione copulativa ge-
minata hoc modo: Cicero et orator est, et vir bonus,
dicendi peritus. Vera haec dicitur, cum pars utraque
vera est: falsa, cum falsa est alterutra. Est et coniunc-
tionis negatio: ut, non et sapiens est et aegritudine affi-
citur. cuius est eadem quae disunctiarum natura. Dis-
uncta est, cuius partes coniunctionibus disunctiis
conneftuntur: ut, Aut mobilis est terra, aut immobi-
lis. Disunctiones membris repugnantibus ijs quae me-
dium nihil recipiunt, constant: quorum plus uno ve-
rum esse non potest. Disuncta vera est, cuius alte-
ra tantum pars vera est: at ea falsa, cuius utraque
pars vel vera est, vel falsa.

Tabula quarta Argumentationis.

Quid argumentatio, et argumentum. 44.

Sylogismus. **E**X enunciationibus conficitur argumentatio,
Enthymema. **H**oc est argumenti explicatio, seu materia ad
Inductio. **f**idem faciendam comparata tractatio. Tertium est
Exemplum. **h**oc, et proprium dialectices minus, quod docet aliud
ex alio tanquam certiori colligere. Cuius quatuor sunt
species pricipue, sylogismus seu ratiocinatio, enthy-
mema, quod ad sylogismum reuocatur, inducacio, et
exemplum, quod ad inductionem redigitur. Quibus
soritem, qui videtur ad sylogismum referendus, et
alii

alia quædam adiiciemus. Sed cum omnis probatio, ac
fides rei dubie per argumenta efficiatur, de his non-
nihil hoc loco dicendum videtur. Argumentum igit= Argumentum
tur (Quintilianus ait) est ratio probationē prestans, Lib. 5.
qua colligitur aliquid per aliud, et quæ, quod est du-
biu, per id, quod dubiu non est, confirmat. Argumentum
dialectici mediū nominant, qui tertius est syllogismi
terminus ad utrumque thematis terminū iusta dimen-
sione accommodandus, fidemque rei propositæ facit.

De argumenti seu mediij
inuentione. 45.

MEDIVM autem ipsum, seu $\delta\mu\gamma$, hac vis
inuenias. Oblata questione rationē aliquam, seu cau-
sam quere, cur attributus questionis terminus subic-
eto vel tribuatur vel detrahatur. Ea ratio inuenta me-
diū erit, seu argumentū, et totius syllogismi proba-
tio. Sit thema (coniunctū in argumentatione semper in-
telligimus) seu questione, Sit 'ne avarus pauper? paupe-
re ostensurus hanc adde causam: semper avarus eget.
comparata est syllogismi materia. (quæ frustra que-
suit utendi imperitus: eam'que ob rem inuentendi
artem, qua loci explicantur, naturæ ordine certe pri-
orem tabula sequenti trademus, utilius præcessuram
arbitrantes argumenti nō dum etiam satis cogniti ex-
pliandi tractandi'que rationem, sine qua quæsiſſe
argumentum non magis profuturum differenti vide-
tur, quam lapides et ligna tractudi imperito, artisq;
fabrilis rudi.) Aliud, lute cæsus est Clodius. ratio,
quoniam insidiator. Deinde præscriptis infra conclu-
E v dendī

Cur inuentio
posteriori lo-
co tradatur.

A u a r u s .
E l i g e d u m e s t
a r g . c o m m o n :
s u m d i a n e n s i o n i .

dendi formulis vtere: Q uisquis eget, pauper est: Aua
rus autē eget: Auarus igitur pauper est. Eligendum
est autem argumentum eiusmodi, quod cōmōdē cum
termino minore, seu questionis subiecto posit in as-
sumptione coniungi. Q uod si satis aptum ad confir-
mandum erit, sed parum commodum syllogisticē di-
mensioni, facile poterit adhibita verborum copia va-
riatum nonnihil accommodari: vt si causam atentem in
negantem ruites, verbum actiū in paſſiuū: alia ve
qua utaris industria.

D e syllogismo, prima argumentationis specie:
ac primum de syllogismo categorico, &
eius partibus, terminis tribus, toti
demq; enunciationibus. 46.

Syllogismus
categoricus.

Causa syllo-
gismi.

S Y L L O G I S M U S (quā ratiocinationem Latī-
ni vocant) duplex est, categoricus, ex categoricis
pronunciatis constitutus, & hypotheticus, qui constat
ex hypotheticis. Categoricals seu simplex syllogismus
est argumentandi ratio, que ex duabus enunciationi-
bus concessis tertium necessariō concludit. Duorum
enim pronunciatorum duo termini sic cum tertio con-
iunguntur aliquo, vt eos quoq; necesse sit inter se cō-
sentire. Aristoteles definit hoc modo: Syllogismus
est oratio, in qua positū quibusdē, & concessis (nema-
pe antecedentibus) aliud quiddam, atq; ea quae pos-
tas sunt, necessariō conficitur. Constat ex materia, &
forma. Materia partes, ex quibus conficitur, contio-
net, que sunt termini, & enunciationes.

D e terminis, & facili eorum inuentione.

De

D e syllogismo Dialectico, &
rhetorico. 47.

T E R M I N I sunt pronunciati cuiusque simpli-
cis fines, seu partes, in quas ipsum resolutur, quas
subiectum & prædicatum nominant. Termini tres
sunt, minor, maior, & medius. Minor est questionis
probandæ subiectum: Maior prædicatum. Me-
dius qui fideli facienda gratia questionis, bis ante com-
plexionem seu conclusionem sumitur. Terminos
ram facilis est inuentio. Nam ipsa questionis syllogis-
mo concludenda duos continet terminos, minorem,
& maiorem. vt, sit ne anima immortalis: anima ter-
minus est minor, immortalis maior. Ad quam que-
stionis confirmandam tertius è locis petitur terminus,
causa & ratio thematis, seu questionis, quod argu-
mentum dicitur, & medium. Sit id sane, quod se ipse
sum mouet. Ian ex legitima triuī terminorum: di-
mensione ac certo ordine repetitorum tres confi-
ciuntur enunciationes, & ex his syllogismus, hoc mo-
do: Quicquid se ipsum mouet, est immortale: Anि-
ma autem se ipsa mouet: Anima igitur immortalis est. in Phaedro.
Necesse est enim, si duo extrema seu termini conuenient
cum eodem tertio, ea etiam inter se conuenire: Ratio recte
si alterum dissideat, ea inter se quoque dissidere.
Sciendum tamen est, non semper inter se conuenire,
que cum eodem tertio conueniunt, si plura eidem sub-
iecto non eadem ratione tribuantur, vt si gallum
gallinaceum hominem probes, quod sit bipes.
Atque hic Dialecticus est syllogismus, & hoc à Syllogismus,
rhetori-

Dialecticus et
Rheticus.

Rhetorico differt, quod ille tripartitus sit, hic sepe quinque-partitus: ille tribus, hic quinque pronunciatis absolutatur, propositioni & assumptioni singulis adiectis approbationibus, ut hoc ordine partes numerentur quinque: propositio, deinde eius ratio, tum assumptio, & huic adiecta approbatio, postrema complexio ut, Quicquid sese mouet, est immortale. Id enim, quia nunquam deseritur a se, nunquam ne moueri quidem definit: Animus autem a se ipse mouetur. Inanimatum est enim omne, quod a impulsu agitatur externo: Animus igitur est immortalis. Mouetur, id est, intelligit, sentit, cogitat, viget, vegetatque semper. Aliud ex eodem Cicero.

Quomodo ac
spicendum hic
sit, verbum,
moneris.Prima Tusc.
questione.

Cautio.

Quod interit, ex elementis conflatum est. Nam compositione corporis soluta, abeunt omnia, unde orta sunt: Animus autem non est ex elementis conflatus; siquidem his nihil innatum est, quod vim memorie, mentis, cogitationis habet. Animus igitur non interit. Ex quo efficitur ut sit immortalis. Quam approbationes haec singulis adiectae syllogismi partibus duabus, non tam ipsae partes dicendae videtur quam aliorum syllogismorum sumptuiores, siue propositiones, siue assumptio. Vide Cic. de ratione lib. 1. de Invent. Cauendum hoc loco diligenter, ne plures tribus admittantur termini, ne leve vlla vocum recipiatur ambiguitas. Legitimam terminorum dimensionem, ac dispositionem tribus prioribus digitis expressam exhibemus, mirè facilem & expeditam. Questionis terminus subiectus in infami digito collocetur, attributus in indice, medius in pollice, atque ab impu-

dico

dico digito ad indicem in quauis argumentandi forma lathema concludatur, ut subiecta manus ostendit.



De tribus syllogismi pronunciatis. 48.

ENVNCIATIONES tres vistatis iam vulgo nominibus appellantur, maior, minor, & conclusio. Maior Latine propositio dicitur, que ex maiore & medio termino constat. Hac prima syllogismi parte vis omnis argumentationis continetur. Quippe generalis ferè sententia est, & indubitate quoddam axioma. Minor, seu assumptum, Latinè vocatur assumptio, que ex minore & medio constat. Altera hac syllogismi pars est, que assumitur, & confirmatur, & ad propositionem accommodatur. Propositio & assumptio

Propositio
scilicet proposital.

Assumptio.

Sumptio, Complexio, Deinuictio.
assumptio vulgo etiam præmissæ nominantur, Latinæ sumptio. Conclusio tertia pars est, quam Ciceron etiam complexionem dicit, Quintilianus connexiōnem, que ex minore et maiore termino colligitur, id est, themi iā probatū, quod ex duabus enunciatiōibus efficitur: Statū Rhetores appellat. Cicero conclusiōne interdū vocat totā argumentationis formā.

De forma syllogismi, de figuris,
et modis. 49.

F O R M A syllogismi, est legitima enunciatio-
num collocatio et recta terminorum dimensio, qua-
figuram et modum complectitur. Figura est argu-
menti seu medijs colloccatio, et ordo. Figure sunt
tres, prima, secunda, et tertia. Modus est qualita-
tis enunciationum, et quantitatis index et conclusiōni genus. Modorum alij sunt generales, alij par-
ticulares, alij aientes, alij negantes, qui nomen suum
e complexione ducunt. Sunt autem singularum fi-
gurarum plures modi, quos figuris singulis subiec-
imus. Prima tribuuntur quatuor modi perfecti, et
utiles, qui artificiose confictis nominibus appellan-
tur: Barbara, celarent, darij, ferio (quibus addi-
derunt quinque imperfectos: baralipton, celantes,
dabitis, sapientia, frisemorum.) Secundae figure
totidem: Cæsare, camestres, festine, baroco. Ter-
tiae sex: Darapti, felapton, disamis, datisi, bocardo,
ferisoni. In his modorum nominibus, quorum singula
p̄t. Disamis. sy habet singula notant pronunciata, quanquam et co-
de. Ferison. sonantes, ut suo loco ostendemus aliquid significant,

specienda tamen hic primum sunt vocales quatuor, a, e, i, o. quarum a, notat enunciationem generalē
aientem; e, generalem negantē; i, particularem alien-
tem; o, particularem negantem, ut sub cap. 42. supra-
dictum est.

Generalia quædam syllogismorum
præcepta. 50.

T E R M I N I in conclusione syllogistica non plus
res tribus admittendi sunt. Nec recipiendi sunt am-
bigui. Vnius enim termini ambigua significatio quar-
tum ingeret terminum. In omni ratiocinatione ne-
cessere est primam vel alteram, vel utrancq; enunciatio-
nem antecedentem aientem esse, ac primum serè ge-
neralem (hic illud obseruandum est, dici de omni, et
dici de nullo. Dici de omni est, cum subiecto propo-
sitionis nihil continetur, de quo complexionis pre-
dicatum non dicatur. Contrarium est, dici de nullo,
cum id, quod à subiecto propositionis tollitur, à pre-
dicato quoque complexionis remouetur. Coguatio
quædam utriusque termini requiritur.) Nam ex duab-
us negantibus nihil rectè concluditur, sicut nec ex
duabus particularibus. vt, Nullus lapis animal est:
Nullus autem homo lapis: Nullus igitur homo ani-
mal est. Et, Aliqui poëta lisciui sunt: Prudentius
est poëta: Lascivus igitur. Nec rectè concluditur
ex duabus singularibus, seu individuis, si medium com-
munis est terminus. vt, Philosophus aliquis est Pla-
to: Aristoteles autem est philosophus: Aristoteles
igitur est Plato. Si medium singularis est terminus,
syllogismus

Primum pres-
ceptum.

Dici de emulo
& dici de nullo. Nam in pri-
ma figura eas
citur arg. à
generi vniue-
ritate ad specie.

Syllogismus fit, quem expositiorum nominant. **Vt**, Catilina fuit improbus: Catilina autem fuit nobilis: Aliqui igitur nobiles, improbi fuerunt. Si priorum enunciationum altera negauerit, negabit et comple xio: si ex parte dixerit, complexio quoq; ex parte dicit. Medium nusquam in complexione repetitur.

Facile deprehenduntur haec omnia, et plura obser uari possunt in artificiois illis modorū vocibus, qua lia sunt, in prima figura nūquā negantem inueniri assumptionem, nec particularem propositionem: in secunda non esse propositionē particularē, et alterā sumptionū requiri negantem: in tertia non esse negā tem assumptionem, nec vniuersalem cōplexionem.

De prima figura. 51.

P R I M A figura est, in qua terminus medius, seu communis in propositione subiectum est, et idem in assumptione attributum, seu dictum (id prædicatiū vocant.) Ea quatuor admittit modos perfectos, duos aientes, et totidem negantes: Barbara, Celarent, Darij, et Ferio. In his concludendi formulis à gene re vniuerso, ad speciem ducitur, à definitione, à definito, à causis, et c. Barbara. Bar, Omne bonum est expetendum, Ba, Omnis autem virtus est bona. Ra, Omnis igitur virtus est expetenda. At vero sapiens

Barbara. Ab assumptione veteres ab assumptione initium argumentationis du ne veteres ar gumentationis cūt, et, Omnis virtus est bona. Bonum autem omne initium sive du est expetendum, igitur omnis virtus est expetenda. cūt, nec ad hāc Soritem hoc modo feceris, si plures gradatim enum eris legē sem per locuti sit, ciationes addas. Aut ita completemur authore Ci cerone,

nam non sentiunt. Mors nihil ad nos: nam quod dis solutum est, sensu caret: quod autem sensu caret, nihil ad nos: mors igitur nihil ad nos. Id si ita proponas, Mors est dissolutum: quod dissolutum, sensu caret: quod autē sensu caret, nihil ad nos: mors igitur nihil ad nos, iam coacerualis forma fuerit. Huius autem, se hoc modo concludas: Mors nihil ad nos, quoniā dissolu tum est, et sensu caret. Crassus nō est diues, quoniā plura cupit. Voluptas nō est bonum, quoniā hominē pecudi similem efficit. Opes non sunt bone, quoniā possunt cōtemptissimo cuiq; ac turpisimo cōtingere. Atq; hi quidem modi sunt direcō quid concludētes. quibus alios quinq; adicerunt, in quibus est inuersus complexiois ordo. Eorum nomina supra sunt enu merata, bardilton, celātes, dabitis, sapeſmo, frisefo morum. Ba, vt Omne animal est substantia. Ra, Omnis autē homo est animal. Lipt, Quædā igitur substantia est homo, et c. Ton quarta syllaba nihil aliud notat, nisi versus absolutionē, sicut et in frisefomorū quartā, et quinta. Quos quidē modos a nobis præteritos ijs putauimus relinquendos, qui non contenti directō concludendi ratione, inuersam conclusionis formam, quam indirectam appellant, excogitarunt, in qua terminus thematis maior in complexione subiicitur.

De secunda figura. 52.

S E C U N D A figura est, cū in utraque sump tione medius terminus attribuitur. Ut ilis est ad refutandum, et ad sentētias vel necessariō vel fortuitō repugnantes concludendū, cū dissimilitudo aliqua for

Modi imp̄fecti, & indire ctō concludētes.

T A B Y L A E D I A L E C T .

Cæstare. marum ostenditur, quarū sunt diuersa effecta et offēcia. Huc pertinet illa per cōtrapositionē seu cōtrariū cōuersio supra à nobis indicata. Figuræ demōstratio ab hoc pronūciato pendet : Remoto genere, tollitur species. Cuius item quatuor numerantur modi, omnes negantes: Cæstare, camestres, festino, baroco. Cæstare. Ce, Nulli diuites egent. Sa, omnis autē auarus eget. Re, Nulli igitur auari diuites sunt. Aliud, nihil est bonum, quo male quis vti potest : diuitijs autem omnes male vti possunt: non sunt igitur bona diuitiae. Camestres: Ca, Bonū omne possessore efficit meliore. Mes, nullæ autem voluptates possessorem efficiunt meliorē. Tres, nulla igitur voluptates bona. Nullus sapiens inuidus, quoniam non moeret bonis alienis. Nullus sapiens pauper, quoniam non cupid. Non sunt bona pecuniae, quæ non efficiunt laudabilem virum. Festino. Fes, Nulla ciuitas est, in qua leges nihil valeant. Ti, In Clodiana tyrannide tribunitia leges nihil valeant. No, Ea igitur ciuitas non fuit. (Et ea pulsus Cicero, tamen exul non fuit) Fabius Quintilius nus. Non est bonū pecunia: non enim bonū, quo quisquam male vti possit: pecunia autem potest quis male vti: Non igitur bonum pecunia. Non est voluptarius Cælius, quoniam literarum studiosus. Baroco. Bd, Exul omnis ciuitate pulsus est. Ro, Cicero autem ciuitate (quæ tunc nulla erat) pulsus non est. Co, Cicero igitur exul non fuit. Aliud ex Cicerone: In quem cadit ægritudo, in eundem timor. Non cadit autem timor in virum fortis: nec ægritudo igitur. Sic breuijissimè: Non afficitur ægritudine fortis, quo-
niam

CORNELII VALERII. 39

niam non timet. Cicero quarto Academicarum. Si vlli rei sapiens assentietur inquam, aliquando etiam opinabitur: nunquam autem opinabitur: nulli igitur rei assentietur. Non interibit anima, quoniam non est ex clementis conflata. Non est vtilitas honesta, quoniam per se non expeditur. Dolor et paupertas non sunt mala, quoniam non faciunt deteriorem.

De tertia figura. 53.

Vtus tertia figura. TERTIA figura est, cum terminus medius vtrōbique subjicitur. Eius usus in exemplis tractantur dis potissimum cernitur, sumiturque sepius argum. à specie ad genus, et ab individuo ad speciem, que colligendi ratio experimentis constat. Habet modos sex, omnes quadam ex parte dicentes: Darapti, felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison. Darapti. Da, Omnis virtus labore paratur. Rap. Omnis autem virtus pulchra est. Ti, quedam igitur pulchra labore parantur. Felapton, Fe, Nullum periculum viro forti fugiendum est. Lap, omne autem periculum est molestum. Ton, quedam igitur molestia non sunt fugienda. Disamis. Dis, Quedam voluptas appetitur. Am, omnis autem voluptas est mala. Is, quoddam igitur malum appetitur. Datisi. Ds, Omnes stulti servi sunt. Tis, aliqui autē stulti sunt diuites. I, Aliqui igitur diuites sunt servi. Bocardo. Bo, Aliqua bella non sunt fugienda. Car, Omne autē bellum est calamitosum. Do, calamitosum igitur aliqua non sunt fugienda. Ferison. Fe, Nulli egentes diuites sunt. Ri, Quidam autem eagentium auari sunt. Son, non omnes igitur auari diuites sunt.

Darapti.

Posita specie
genus ponitur

Felapton.

Disamis.

Datisi.

Bocardo.

Ferison.

T A B V L A E D I A L E C T .

De syllogismo expositorio. 54.

S Y L L O G I S M U S est, quem expositiorum nominat, quod cōmunes propositiones velut exemplo subiecto proponat, in quo ex medio singulari cōmune pronuntiatum colligitur. Modos habet duos, aientem et ne-
gantem, in tercia ferè concludentes forma: ut Phœbi aliis, quæ fuit inhibita, nunc est soluta: Phœbus autem lactucis et maluis usus est. Si quis igitur usus fuerit lactucis et maluis, ei aliis inhibita soluetur. Cicero est Orator, Cicero idem philosophus est: Orator igitur aliquis esse potest et philosophus. Crassus non fuit sapiens, si credimus paradoxis Ciceronianis: Crassus autem fuit diues. Aliqui igitur diutes non sunt sapientes.

De quarta figura. 55.

A D I E C E R V N T et quartā syllogismi formā, in qua terminus medius in propositione attributū est, et in assumptione subiectum. ut, Animus non est ex elementis, conflatus: quod autem non est ex elementis, dissolui aut interire non potest: nec interire igitur animus potest. quam nos ad primā figurā formā redigendā censemus. Nam perfectā hęc syllogismi facie induet, si propositio et assumptionis altera in alterius In partitio: locū succedat. Nec enim semper à propositione incipere, ut Cic. ait, sed tū ab assumptione incipere licet, tum ab approbatione alterutra, si quinq; partita sit argumentatio. lucūda autē illa est in argumentando varietas, de quo supra etiam in Barbara prima figurā modo admonuimus. Observandum hoc quoq; est apud Latinos recedi nonnunquam à forma syllogistica, sed ta-

In partitio:
tibus.

Observatio.

meis

CORNELII VALERII. 40

men vi verborū effici ratiocinationem. Cicero de na-
tura deorū: Quod ratione, inquit, vitetur, id melius est,
quam quod ratione nō vitetur: Nihil autē melius mundo:
Ratione igitur mundus vitetur. Sic et Quintilianus:
Omnia animalia sunt meliora, quam inanima: Nihil au-
tem melius mundo: Ergo mundus animal. Philosophia
est virtus: Socrates est philosophus: et virtute igitur
preditus. Caendum est, ne male coiunctum ex quibus-
dam diuisis inferatur, et falax fiat conclusiūcula. ut,
hec equa tua est, et eadē mater, igitur est mater tua.
Non licet enim, si diversa sunt accidentia, ex diuisis
coiunctum concludere.

De obliquo argumentandi ductu, et mox bre-
uiter de utroq; reductionis genere. 56.

F R E Q V E N S est et vītatiū bonis authoribus hoc
argumētandi genus, quod dialectici ductū ad impossibile, seu inconueniēt nominat. nobis obliquus argumē-
tandi ductus appelletur: cū falsum id ostendimus, quod
ex enunciatione contraria ei, quod probare volumus,
consequitur, ac proinde ipsam contrariā seu negātēm
esse falsum: ut, Peccata non sunt paria, huic contradicit,
peccata sunt paria. Que posterior si vera sit, cō-
sequitur æqualiter puniri peccata debere. Sed cū hoc
falsum esse leges doceant, falsum erit et illud, ex quo
colligebatur, peccata esse paria. verumq; id postremo
conceditur, nō esse peccata paria. Quādū autē verū
sepe ex falso, ex vero tamen nihil sequi, nisi verū po-
test. Item, Voluptas non est summū bonum. Cui con-
tradicit: Voluptas est summum bonum. Id si recipi-
mus, cōcedendum erit, voluptatis gratia fieri omnia.

Caution.

Peccata non
sunt paria.

Nihil ex vero
sequi nisi verū
potest.
Voluptas non
est summum
bonum.

E 4

Quod

Quod cùm sit falsum, necesse est illud ipsum contrarie dicens, cuius hoc consequēs est, falsum esse, verum q̄ id esse, quod posuimus, voluptatem non esse summum bonū. Sic, pecunia nō est summū bonū. Nam si sum- mū bonū sit huius gratia fierent omnia. Non fūt au- tem pecuniae causa omnia: non est igitur summū bonū pecunia. De hac forma Cic. lib. 4. de Finib. ita scribit: Docent nos (vt scis) dialectici, si ea, quæ rem aliquā consequantur, falsa sint, falsam illam ipsam esse, quā sequatur. Et paulo post: Teneamus enim illud necesse est, cùm consequens aliquod falsum sit, illud, cuius id consequens sit, non posse esse verum.

De duplice reductione demonstratio,
& impossibili. 57.

57.

NE quis fortè obliqua hac argumentandi forma non contentus, alterum quoq; illū reducendi modum à nobis omissum desideret, utrungq; reductionis genus dialectico ex ystato more breuiter indicabo. Duplex à dialeticis tradita est reducēdi syllogismos omnes ad quatuor primae figuræ modos, qui soli perfecti censentur, seu reuocandi ratio demonstrativa, seu ostensiva, ex que fit per impossibile, è tō delectuā, è tāz rāz dīa tāz è dīwātōv. Prior quam ostensivam nominant, fit per terminorū conuersionem seu cōmutationem, et per sumptionū traectionem, quæ eandē colligit complexionem. Altera fit per obliquū argumentandi dictum, quæ contradicētē concludit. Omnes ferē hanc reuocationis difficultatem discutient voces illæ modorum, in quibus præter quatuor vocales, inspiciens

**Reductio de:
monstrativa
eandem collis-
git complexio-
nem.
Reductio ad
impossibile co-
tradicentem
concludit.**

ſpiciende ſunt etiā & notandae conſonantes quædam
reductionis indices, quatuor initiales modorū literæ,
b,c,d,f, quæ reuocationē ſignificant ad quatuor pri-
me figure modos perfectos, et quatuor interieſt*x,s,p,m,c*,
quarum *s*, cōuerſionem ſimplicem notat (nem-
pe eam vocalem quæ proximè hanc cōſonantem p̄r-
cedit, ſimpliciter eſſe conuertendam ſignificat) *p*, per
accidens : *m*, ſumptionū traietionem ſeu cōmutatio-
nem: *c*, indicat cum modū priore forma reductionis re-
uocari non poſſe, quales ſunt Baroco & Bocardo, ſed
obliquo tantū ductu ad primā reuocari figuram. De
reductione per conuersionē. Caſare ad Celarent per
ſimplicem propositionis conuersionem *Reductio per
cōuerſionem.*

Reductio per conuersationem.

**De reductio:
ne per impossibile.
Vsus obliquæ
reducionis**

F 5 de

de figure modis è propositione et complexionis cōtradicente colligitur assumptionis cōtradicēns. In ter-
tia figura è cōplexionis cōtradicēte et assumptione,
contradicēns propositionis et nōnunquam contraria
infertur. Seruāda est igitur in secūda figura suo loco
propositio: in tertia assumptione. Omnes huius formae
reductiones duobus versiculis comprehendunt:

Obtineat trahit ad primos obliqua secundos:

At duo verba trahunt ternos, certare tonanti.
Vocales horum verborū, Obtineat, in secūda figura:
et certare tonanti, in tertia, quæ technicas posuit, suo
ordine modos ostendunt (quorum appellationē duci à
complexione supra dixi) prima figura, ad quos obli-
quo ducta figura secunda et tercia sunt reuocandæ.
Exempli causa, primus secūda figura modus ad ferio
reuocatur, secundus ad darij, tertius ad celaret quar-
tus ad barbara. Tertiæ figurae modus primus ad celarēnt.
2. ad barbara. 3. ad celarent. 4. ad ferio. 5. ad
barbara. 6. ad darij. Ut si quis hanc fortasse cōclusio-
nem neget, Nemo liber seruit: omnis autem auarus
seruit: Nullus igitur auarus liber est: syllogismus ex
contradicēntibus conficiendus hoc modo: nemo liber
seruit: Aliquis autem auarus est liber: Auarus igitur
aliquis non seruit.

De syllogismo hypothetico, seu coniuncto. § 8.

Triplex syllo-
gisimus hypo-
theticus.

S Y L L O G I S M U S hypotheticus est, cuius
hypothetica propositio est, quæ cum triplex sit syllo-
gisimus quoq; triplex efficitur: conditionalis, copulas-
tius, disjunctius, receptis vulgo nominibus ita appellatus,

Latus, Latine connexus, cōiunctus, et disjunctus. Con-
stat hic quoque ex externis partibus: propositione, sed
que duabus categoricis constituantur: assumptione, que
alteram propositionis partem assumit: conclusione,
que id quod est assumptum, concludit. Ut, Si peperit
mulier, cum viro concubuit: peperit autem, concus-
buit igitur. Oratores breuiter hoc modo etiam cons-
cludunt: Fabius, cùm argentum legauerit omne, pe-
cuniam quoque legavit, quæ est in argento. Ex quo
intelligendum est et illud, hypotheticos syllogismos
omnes facilè ad categoricos posse reuocari. Nec me-
lior video rationem, qua hypothetica propositionis
investigetur veritas, quād si ad categoriam reuoce-
tur. Nam veram esse hanc hypotheticam: si liberalis
est, profectò etiam iustus est, ex hac intelligitur ca-
tégorica: Liberalis est iustitia. Syllogismum hypo-
theticum recte Cicero locum esse dicit ab anteceden-
tibus, consequentibus, et repugnantibus: nam inter
locos numerari posse fatendum est. Argumentatio-
nem ab antecedentibus ducam ita accipies, ut conclu-
sionem ab eo confici intelligas, quod in hypothetica
enunciatione duorum membrorum prius est: ut, si
natum est, morietur: hic antecedens est et prius
membrum, natum esse, unde argumentum ita su-
mitur: Est autem natum: morietur igitur. Hypo-
theticorum sunt tres duntaxat modi, si conclude-
di formam spectemus: si proloquiorum varia-
tem, septem numerabuntur, tres connexi, et duo
disjuncti, totidemque copulati seu coniuncti.
Sume id (libenter enim ex Cicero exemplum, in Topicis
suminus)

Hypotheticos
syllogismos fas-
cile ad catego-
ricos reuocan-
tur.

In Topicis.

Quid sit argu-
mentationem
ab antecedens
tibus duci.

Tres hypothe-
ticoru modi.
cōnisci, disjunc-
ti, copulati.

in Topicis.

I sumimus) pecuniam numeratam ei mulieri deberi, cui sit omne argentum legatum, & his modis conclude: Primo, Si pecunia signata argentum est, legata est mulieri. Est autem pecunia signata argentum, legata igitur.

Locus communis seu maxima proposicio. Hic modus est ab antecedentibus, in quo antecedente posito seu assumpto, ponitur ex consequēs, seu annexū. Ut si sapiens est, non est miser: sapiens autem, &c. Et per negantes propositionis partes: ut, si non est animal, homo non est; non est autem animal, nec homo igitur.

2 Secundo, Si numerata pecunia non est legata, non est pecunia numerata argentum: est autem numerata pecunia argentum: legata igitur est. Hic appellatur à consequentibus, quod de destructo consequenti, perimitur ex antecedens, ut si sapiens est, liber est: non est autem sapiens &c. Si sapiens non est, liber non est: non est autem liber, nec sapiens igitur.

3 Tertio, Non ex legatum omne argentum est, et non est legata numerata pecunia: Legatum autem omne argentum est: legata igitur numerata pecunia est. Id licebit ex hoc modo effari: Non si legatum omne argentum est, non est legata numerata pecunia: legatum autem. Hic modus, in quo ponitur antecedens, & consequens tollitur, appellatur à repugnatiis, quod hic

Locus communis. Rhetorū en. repugnantiā sint propositionis membra. Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrarijs conclusa, quae ipsi enthymemata vocant. cuius generis sunt: Id quod scis prodest: nihil id, quod nescis obest. Hunc metuere, & alterum in metu non ponere. Hoc ita licebit concludere: Non ex hunc metuis, & alterum in metu non ponis, metuis autē hunc, alterum igitur in metu ponis.

Relia

Reliqui modi plures sunt qui ex disunctionibus constant. Quartus, & quintus. Aut hoc aut illud: bac autem non, igitur illud. Aut probus est, aut improbus: probus autem, non igitur improbus. Hic priore disuncti pronuntiati parte posita, tollitur alterum.

Itemque, Aut hoc, aut illud: non autem hoc, illud igitur. Aut probus aut improbus: non autem probus, improbus igitur. Hoc modo remota parte priore, ponitur alterum. Hec per disunctionem efficiuntur, quae

ex membris repugnantiis constare supra dixi, quodrum plus uno verum esse non potest. Sextus fit per coniunctionum negantiam, sic: Non ex hoc ex illud:

hoc autem, non igitur illud. Non ex sapiens est ex miser: sapiens autem, non igitur miser. Quomodo ponitur antecedens, & consequens tollitur. Septimus:

Item per negantiam hoc modo: non ex hoc ex illud: non autem hoc, illud igitur. Non ex sapiens est, ex miser: non autem sapiens, miser igitur. Hic antecedente sublato, ponitur consequens. Hec ferè sumus

à Cicerone mutuati, quem tamen hoc loco nominib[us] corruptum restituimus.

4. 5.

Locus communis.

Locus communis.

6

Locus communis.

7

Locus communis.

De triplici syllogismo.

59.

H A C T E N V S duplicitm syllogismi diuisionē, quae est ex forma, substantiāq[ue] pronuntiatorum, ex-

pliuitus: nunc adiicienda est & altera distributio, quae est ex materia, quae cum triplex sit, naturalis, contingens, impossibilis seu remota, (hac trita vulgo non mina sunt) syllogismū quoq[ue] triplicem efficit, demon-

stratum, dialecticū, & sophisticū. Demonstratiuus

Syllogismus triplex, deinde stratus, dialecticus & sophisticus. Demonstratus.

Inskript.

T A B V L A E D I A L E C T I

Dialecticus.

Credibilia
triplicia.

Sophisticus.

*W*is in quo vnde constat ex enūciationibus perpetuis, pri-
mis, veris, necessarijs, et aūtorisōis, quibus alia nul-
la est neq; prior, neq; notior, quæ non eagent proba-
tione, sed ipse probationē credibilibus p̄fēctat: suntq;
haec vel natura nota, vel doctrina peruestigate, vel
experientia comperte: ut, totum sua parte maius est:
Et, si ab æqualibus æqualia demas, quæ relinquuntur,
erunt æqualia et c. Dialecticus ex probabilibus, seu
credibilibus constat, dubitabilibus, contingentibus,
et probationis indigētibus. Credibilia triplicia sunt:
Alia enim sunt doctis et prudentibus tantū probabi-
lia, quæ vulgo videntur incredibilia, ut sol terram az-
ior est: nihil utile, quod non sit honestū. Alia vulgo
credibilia sunt et indectis, que prudentes et docti
improbant: ut illud Horatianum.

O ciues, ciues, querenda pecunia primum est:
Virtus post numeros. Voluptas est summum bonum.
Quædam probantur et doctis et indectis, que cre-
dibilia dicuntur communia. Sophisticus, qui ex cap-
tiosis, ac fallacibus, recti'que specie decipientibus
constat.

De Enthymemate. 60.

Duplex enthy-
memata, rhetori-
ca cum & diale-
cticum.

E N T Y M E M A duplex est, rhetoricum, et dia-
lecticum. Rheticum, ex contrarijs conclusum: ut,
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes. Fa-
bius, An bonum pecunia, qua quisque potest ma-
lē vti? Dialecticum est imperfectus syllogismus (sic
appellatus, quod ad hunc revocari queat) in quo
alterutra sumptionum, seu priorum enunciationum,
retinetur

C O R N E L I I V A L E R I I . 44

retinetur, quam si suppleas, perfectum effeceris in
aliqua figura syllogismum. Habet Enthymēta item
ut syllogismus tres terminos. Eius due partes sunt,
antecedens, id est, propositio vel assumptio: et con-
sequens, id est, complexio: ut, voluptas non est per-
petua, nec propria: non est igitur summum bonum.
Hic propositio desideratur. In hoc assumptio, quic-
quid meliorem efficit possessorem, bonum est: Non
est igitur voluptas bona. Vtrum autem desit pronun-
ciatum, inspecta digitorū dimensio docebit. Vel hanc
sequere obseruationem: Si idem sit antecedens, et
consequentis terminus subiectus, desideratur proposi-
tio: si diversus, assumptio. Supprimitur autem du-
plici ferè de causa alterum proloquiorum: vel quod
evidenter sit, quād ut proferendum sit, ut sol oritur,
dies igitur est. idemq; retro. Vel quod facilius, si ex
primatur, argumentationis parum firma vitium de-
prehendatur. Ut pallet adolescens, amat igitur. Ad-
ditum pronunciatum, quod deerat, argumentationis
vel veritatem vel falsitatem prodit. Vtimur hac con-
cludendi forma plerique, cum ex signis colligimus. Ut,
Mulier lac halet, igitur peperit. Hic noctu vagatur,
igitur furest et c.

De inductione. 61.

I N D U C T I O quoque duplex est, Rhetorica,
& Dialectica. Inductio Rhetorica, est oratio, que
rem unam ex pluribus similibus colligit. Cic. Si tutor
fidem p̄fēctare debet, si socius, si cui mandaueris, si
qui fiduciā acceperit: (id est, si cuī res aliqua ealege-
vendi

Fates enthy-
mematis ante
cedens & con-
sequens.

Inductio dis-
plex rhetorica
& dialectica.
In Topicis.

Fiduciam ac-
cipere,

venditur, ut eodem precio vendenti aliquādō reueniat) debet etiam procurator. Si in manu, in brachio, in pede, alijsq; corporis partibus acceptū insanabile vulnus ense recidit, ne pars syncera trahatur, debet & in capite plaga insanabilis eodē modo curari.

Si pomum optimum censetur generosissimum, si equus optimus, si ager, aliaq; plurima quae sunt optimi, eadē habentur generosissima, profecto dicuntur & genero-

Quis genero-
ius.

Socratica in-
ductio.

Dialectica in-
ductio.

sissimi homines iij, qui sunt optimi, ceterisq; virtute, & scientia præstant. Rhetorican inductionem semper ex interrogationibus constare, quod pleriq; putauerunt, necesse non esse, satis arguit vel vnicum illud Ciceronis exemplum, quod modo protuli. Socratica autem illa est inductio, que fit, cum pluribus interrogatis, quae aduersario concedi necesse erat, illud ad extremum inferimus, quod queritur, simile iam cōcessis. vt, Quod est pomum generosissimum? non' ne quod optimum? & quis equus generosissimus? non' ne qui optimus? idemq; ceteris in rebus iudicandum est. Quid igitur homo, non' ne is generosissimus, qui optimus? Sed hoc genus imprudenter & incantè respondenti facile imponat. Dialectica inductio est, in qua ex rerum singularum, que similes sunt, inductione, res uniuersas colligimus. Siue, qua totum ex pluribus partibus, vel genus ex formis in totum & omnino colligitur. Et hæc colligedi ratio experimeti cōstat: quo modo primum omnium artium præceptiones invenientes suisse videntur. Contraria syllogismo conclusendi forma. Ille ex uniuersis rebus singulas demonstrat; hæc ex singulis uniuersas colligit. Cuius item partes sunt

partes sunt duæ, Antecedens, quod ex rerū singulariū coaceruatione constat: Consequens, generale pronūciatū ex rebus singulis collectū: vt, Cum vinū Rhenum, vinū Hispanū, Italicū, Creticum &c. calfaciant, nec ullū reperiatur vini genus diuersum, conceditur profecto vīnum omne calfaciendi vim habere. Cūm nec Romulus fratre Remū, nec Cesar Pompeiū generum, nec Augustus Antoniū, nec alij plurimi regni socium ferre potuerint: certe nulli principes imperij socium ferre poterunt: omnisq; potestas (vt Lucanus ait) Lib. 1.

impatiēs confortis erit. Cūm sit in Pompeio sciētia rei militaris, cūm sit virtus, cūm authoritas, cūm felicitas: negari nō potest, in eo virtutes omnes ac dotes imperatorias elucere. Si functus est quæstura, si ædilitate, si prætura, si cōsulatu, alijsq; honoribus, profecto magistratus omni functus est. Rhetorica inductio imperfecta putatur, quod tametsi probabiliter, apte q; colligat, nulla tamen neceſſitate cogente cōcludat: Dialectica perfecta, quod necessariò concludat partibus omnibus enumeratis, aut apta aliqua clausula, qua omissas includat, & eodem habere se modo significet, adiecta necessariū efficiat argumentationem. Rhetorican inductionē si quis ad exemplū referendum putabit, hic non carebit authoritate, cūm & Aristoteles idem putarit. Inductione autē tum ferè utimur, cūm dūcūt, id est, medium seu argumentum nō occurrit, quod apte syllogistica forma themati queat accommodari. Sed hic summopere caudendum est, ne qua partium dissimilitudo reperiatur: que extiterit, argumentationem subuerit.

Cur imperfēcta putetur
inductio rhetorica, & dia-
lectica perfecta.

Quando utimur
dūcūt inductio
ne.

Cautio,

De exemplo. 62.

E X E M P L U M est argumētandi ratio, in qua
vnum ex altero propter mutuum quendam cōsensum
& similitudinē, qua in vtroque reperitur, inductio-
nis propemodum forma probatur: vt, si fidē hostibus
scrūandam esse, ex eo, quòd M. Attilius Regulus vi-
tam amittere, quām fidē hosti data violare maluerit.
Fabius: iure occisus est Saturninus, sicut Gracchi. Si
propter matrimonia violata vrbes eversæ sunt, quid
fieri adultero par est? Exemplū quoq; cū imperfecta
videri posse inductio, (nam ad hanc reuocari potest)
deprehensa dissimilitudine dissoluitur.

De sorite. 63.

S O R I T E S est argumētatio, qua gradibus qui-
busdam ad cōclusionē peruenit, quæ ex ordine seu
gradibus enunciationū earū, quæ necessariō sequuntur
ita constituitur, vt attributum pronūciati primi, sub-
iectum fiat alterius, & huius attributum, tertij efficia-
tur subiectum, atque ita deinceps precedentibus se-
quentia cōnēctantur: vt quod est omnī postremū at-
tributū, id primi pronūciati subiecto cōiungatur, hoc
modo: Anima se ipsa mouet: quod autem seipsum mo-
uet, principiū motus est: quod autem motus est princi-
piū, natū non est: quod natū nō est, profectō etiam im-
mortale: anima igitur immortalis. Hęc argumentandi
forma ex duobus syllogismis, vel pluribus etiā consta-
re videtur, quæ tum denun proba censem, cū pro-
nunciata necessariō sequuntur, & posteriora prior-
rum sunt consequentia. Huic non absimilis est nūc ag-
gradis

gradatio, nisi quòd hęc principium in cōcluſione, ita Gradiatio:
vt sit in sorite, nec repeatat. Cie. Animis nihil admix-
tum est: cūm ita sit, certè non secerni, nec diuidi po-
test, nec interire igitur. Dissoluitur sorites, si vel par-
tes, aut formas non esse p̄cipuas, aut etiā alienas,
vel effectus ex causis remotis & improprijs collectus
arguitur. vt, Quisquis laborat, fit diues: qui diues est,
splendide viuit: qui splendide viuit, fit libidinosus, qui
multū igitur laborat, fit libidinosus. Nec sorites negā-
tes bene coherent: vt, Dialectica non est Rhetorica.
Rhetorica autē est ars, Dialectica igitur ars non est.
Solent hoc loco bonarū consequentiā regulae tradi:
sed cū singule ferē Dialectice partes, consequentiā
quædā regule sint, ac potissimum ea precepta, quæ de
figuris, & modis syllogismorū tradita sunt, & loco-
rum pronunciata, quæ dicuntur Maximæ, quæ pro-
xima tabula sequuntur: nos hīc eas omittere sine ius-
tura posse videmur.

De Rheticis argumentationibus. 64.

R E L I Q V A E sunt Rheticæ concludendi
rationes, Dilemma, seu complexio, enumeratio, sim-
plex conclusio, subiectio, oppositio, violatio. Di-
lemma, quod rhetoribus complexio dicitur, argumen-
tum est ex membris repugnatibus constitutum, quo:
rum utrumvis concesseris, reprehendit. vt si for-
mosam duxeris uxorem, habebis communem: si
deformem molestam. Vitiosum est Dilemma, cuius
vel altera pars, vel utraque potest in aduersarium Inversio Di-
rētorqueri. Inversione dissoluitur Dilemma, vt si lemnatis,

G 2 formoz

Reprehensio.

formosam duxeris, habebis voluptatem: si deforme, non communem. Non esse hoc antistrophon Phauoris nus apud Gellium lib. 5. cap. 11. probat, quod inter hæc membra repugnantia sit aliquid interiectum, ut est media forma, quam Ennius statam appellat, Phauorius vxoriam, que est inter pulcherrimam et deformissimam. Enumeratio est, in qua pluribus rebus expositis, ac ceteris infirmatis, una reliqua necessaria confirmatur, hoc modo: Quoniam habes istum equum, aut emeris oportet, aut hereditate possideas, aut munere acceperis, aut domi tibi natus es, aut ex hostibus captus: aut si horum nihil est, surripueris necesse est. Si neque emisti, neque hereditate venit, neque donatus es, neque domi natus es, neque ex hostibus captus, necesse est surripueris. Reprehenditur argumentum, si qua pars necessaria probetur omessa. Vide infra locum a partibus. Simplex conclusio est enthymema, in quo ex antecedente consequi aliquid necessere est. ut peperit, igitur cum viro concubuit. Refutatur argumentum, si non necessaria consecutione factum ostenditur. ut, si mater es, diligit filium. reprehensurus, Medeam proferet, quem filium occidit. Subiectio est, qua querimus quid pro aduersario, aut contra nos dici possit: deinde per singulas interrogations subiectis rationibus, id, quod dictum est, refellimus, hoc modo: Quero igitur, unde iste tam pecuniosus sit factus? amplum patrimonium relictum est? At patris bona venierunt. Hereditas aliqua obueniret at ab omnibus exhaledatus est et c. quare si his rationibus honestis locupletatus non est, aut isti domi na-

**Simplex
conclusio.****Subiectio.**

scitur aurum, aut unde non oportuit, surripuit. Oppositio est argumentatio ex repugnibus constans, in qua ex opposito propositionis ad ipsum propositionem revertimur, hoc modo: Si eo tempore, quo hunc hominem in provincia occisum dicitis, Rome fui, relinquitur a me occisum non esse. Hæc propositio est cuius oppositum sequitur: Nam si eo tempore, quo occisum hunc dicitis, in provincia fuiessem, a me occisum si spicari poteratis: nunc autem quoniam eo tempore in provincia non fuerim, non est, cur a me hominem interfectum suspicemini. Violatio est concludendi modus, in quo ex aduersarij ratione, non id quod ipsi volunt, sed quod pro nobis est, sequi demonstramus: ut, Non est ducenda vxor, quoniam ex connubio in orbitatem et luctum incidimus. Imo ob hoc ipsum ducenda est vxor, quod filiis alijs procreatis luctum tollat. Diligenter hæc Trapezuntius perscutus est initio libri tertij de arte Rhetori. et Erasmus in opere de Conscribendis epist. Violatio

Tabula quinta locorum.

De arte inueniendi, sive de locis.

65.

A R T E M inueniendi Græci τοπικὴ appellant, inueniendorum argumentorum disciplinam, qua loci continentur, qui sunt quasi sedes, et domicilia argumenterū, in quibus latent. Rodolphus locum hoc modo definit: Nihil aliud est, inquit, locus, quam communis quædam rei nota, cuius admonitu quid in quaque probabile sit, potest inueniri. Indicant enim loci re-

scitur

G 3 ceptacula

T A B V L A E D I A L E C T .

ceptacula, ex quibus argumenta deponenda sunt,
quibus communiter videntur et dialectici, et rheto-
res, sed diversa differendi forma: illi comprehen-
sione, hiliatore.

De argumento. 66.

A R G U M E N T U M (de quo tabula superiori etiam
est dictum) est ratio rei dubiae faciens fidem, seu pro-
babile inuentum ad faciendam fidem. Hoc probatio
thematis est seu questionis, que in digitorum, quam
tradidi, iusta dimensione, pollicem (qui termini me-
dij ex locis adducti sedes est) occupat. Ut, si que-
ratur, utilisne sit Dialectica? Utilem probabimus,
argumento à definitione sumpto, quoniam diligens
est differendi ratio. Nemo autem sibi omnibus ex lo-
cis argumenta sumenda putet, imò vero, ut Cicero
monet, scrutabimur, et queremus ex omnibus, sed
adhibebimus iudicium, ut levia semper in disputatio-
ne seria rejiciamus, nonnunquam etiam cōmūnia p̄re-
termittamus. Ut ilissimum fuerit, ut iam aliquoties
admonuimus, initio argumentationis thema coniunctum
in simplicitate membra distinguere, et vtranque
partem diligenter ad praecepta supra de tractatione
simplicis questionis tradita perpendere.

Sequitur tabula de inuen-
tione locorum.

Loci

Y. v. locorum invenientur
ad hanc

C O R N E L I I V A L E R I I .

48

Perso-	Genus, natio, etas, sexus, educatio, & institutio, conditio,
	fortuna, Animi affectio, indoles, mores, virtus, habitus
naturn	corporis, studium, res gestae, nomen, mors, &c.
	Definitio & etymologia
Interni	Genus & commune
	Species & particulae
Medij	Differentia & proprium
	Totum
Artificiales	Partes
	Conjugata
Rerum	Adiacentia
	Actus
Exter- ni	Subiecta
	Materia
Inartifi- ciales	Forma
	Cause quatuor
Contraria	Efficiens
	Finis
In Topicis.	Euentus ex causis effecti itidem
	quatuor
Dispositio ar- gumentorum.	Adiuncta
	Antecedentia
Necessaria the- matis coniunc- tio in simplici- tate membra di- stinguenda.	Adiuncta
	Consequentia
Inartifi- ciales	Authoritas, seu
	testimonia
Inartifi- ciales	Divina
	Humanæ
Inartifi- ciales	Similitudo
	Dissimilitudo
Inartifi- ciales	Comparatio
	Majoris
Inartifi- ciales	Minoris
	Parisi
Inartifi- ciales	Aduersa
	Contradicētia
Inartifi- ciales	Collata
	Priuania

De locis personarum.

76

G 4

Personarum

A genere.

PERSONARVM loci dicuntur, qui sunt a tributi personis, ut genus, natio, etas &c. A genere seu natalibus: Horatius, Fortes creatur fortibus. Dia lectice: fortis est, quoniam fortibus creatus. Mali corui, malum ouium. Improbus est, quoniam improbis natus parentibus. Terent. Nam quod est consimilis moribus, coniuncte facile ex te natum. A natione, Horat. Bœotum crasso iurares aere natum. Stupidus est, quoniam Bœotus. Perfidus, quoniam Pœnus. Mendax, quoniam Cretensis. Eodem & patria pertinet. Ab etate, Ignoscendum, quoniam puer est. Terent. Amavit dum etas tulit. Cœsilio valere hunc credibile est, vel attentu esse ad rem, quoniam senex est. A sexu, Cic. Quod mulier sine tuteore authore promisit, non debetur. Vel hoc modo: Non debetur, quoniam mulier promisit. Virgil. Variu & mutabile semper fœmina. Ab educatione, & institutione. Praeius est, quoniam male educatus, & ab iniuste etate mala didicit, malis operam dedit Magistris, & ineptis. A conditione, Causas orare Dauo non licet, quoniam seruus est. A fortuna, Virg. Exilibus'ne datur ducenda Lauinia coniunx? Huic quoniam plusculum accepit pecuniae, sublati sunt animi. Pauper ubique iacet. Ab animi natura, affectione, indole, moribus. Liu. Ille'ne qui temulento agmine commessabundus incedit, par effet Romanis? Cum sceleratissimus hic semper fuerit, quid mirum, si creditum abiurari? Huc animi bona referruntur & vitia. A victu, Lascivus est, quoniam luxu affluit. Ab habitu corporis, Mart. Crinc ruber, niger ore, breuis pede, lumine leso: Rem magnam prestat Zoile,

A natione.

Ab etate.

A sexu.
Pro Cæcina.

Ab educatione.

A conditione.

A fortuna.

Ab animi natura.

Animi bona & vitia.
A victu.
Ab habitu corporis.

Zoile, si bonus es, Breuius, Malus es Zoilus, quoniam crine ruber, &c. A studio, Non est voluptarius, quoniam literarum studiosus. A rebus gestis, Mandanu est Pompeio bellum Mithridaticum, quoniam multa bella felicissime confecit. A nomine, vt, si quem nominatum Immocentium dicamus, quod nihil sit eo nescius, &c. Cic. Lysidicum ipsum in Greco verbo, qui omnia in dictis discolit. A morte, & quem mortem sunt consecuta. Cicero de Scipione, Quam charus, inquit, evicti fuerit, macrore funeris indicatum est. Atque haec gradus personarum sunt attributa, quibus rerum quoque circumstantie sunt addendæ. Nam à personarum, & rerum circumstantijs Hermogenes omnia duci argumenta scribit. Sex numeratur à Trapezuntio in Rheticis circumstantie, quis, quid, ubi, quando, quomodo, quamobrem: Persona, res, locus, tempus, modus, & causa. Quis? vt, Italus, nobilis, diues, pauper, seruus, &c. Quid, vel quale? furtum, sacrilegium, honestum, turpe, &c. Vbi? in templo, sylva, &c. Quando? dic, noctu, &c. Quomodo? palam, dolo, veneno, gladio, laqueo, &c. Quamobrem? odio, ira, lucrum, &c. Quæ cum omnia diligentius à rhetoribus, quorum haec propria est explicatio, referantur, nobis ea tantum indicanda videbantur. Vide Quintilianum lib. 5. cap. 10.

De locis rerum, artificialibus
& inartificialibus. 68.

R E R V M loci dividuntur in artificiales, & in inartificiales. Artificiales sunt, qui ex sua vi atque na-

A studio.
A rebus gestis.
Pro Lege manilia.
A nomines In Philip.

Circumstantie.

Loci rerum artificiales.

G S tura

In artificiales

ra aut ad probandum, aut refellendum sumuntur, trahunturque; alias ab attributo, alias a subiecto questionis termino. In artificiales, qui foris assumuntur, nec a questione trahuntur, quos ob id recte Cicero appellat, argumenta tum remota, tum assumpta, quae sive arte putantur, et extra causam ad fidem faciendam assumuntur. Artificiali locorum alii sunt interni, qui sunt insixi, alii medi, qui adhaerent: alii externi, qui rem tantum attingunt.

De locis internis, de definitione,
et definitio, de etymologia 69.

Loci interni.

LO C I interni dicuntur, qui ex sui visumuntur, et rei probandae substantiae infixi sunt, qui argumenta suggestur ea, quae interna quadam, ac naturali coniugatione questionem propositam attingunt, ut definitio, genus, species, differentia, proprium, totum, partes, coniugata. **D**efinitio. A definitione ducuntur argumenta aientia, et negantia, et retro etiam vicissim commenata, hoc modo: Dialectica est ars de quaquam proposita probabiliter et in utranch partem differendi. Eius autem artis utilis est cognitio. Utulis ergo Dialectica scientia. Si per se virtus expetur, profecto sumnum bonum est. Idemque retro: si sumnum bonum, certe per se expetur. Non sunt opes bona, quoniam per se non expeturuntur. Huius loci generale axioma (quam vulgo Maximian appellant, nobis locus communis dicetur, ex quo vis omnis est locorum) est: cui tribuitur vel admittitur definitio, eide tribuitur vel admittitur id quod definitur, itemque, Cui definitio

Definitio.

Dialectica.

Maxima.
Locus com-
munis.

definitum tribuitur vel detrahitur, etiam definitio. Sumuntur enim argumenta a definitione ad rem definitam, et vicissim ab eo quod definitur ad definitionem, ea que nunc a subiecto, nunc ab attributo pertita. Ciceroni totum dicitur, quod tota rei natura In Topicis. definitione breviter explicetur. Simili forma ducitur argumentum a descriptione, que liberior quedam Descriptio.

definitione est ex accidentibus, qua non tam quid sit, quam quale sit explicatur. Itemque ab eo quod defribitur: vt, Afinus est, quoniam rudis: at si rudere nescit, non est afinus. Et non est afinus, quoniam non est animal avicinum, solidis pedibus, et secundum. Vide tabulam secundam definitionis, et divisionis.

Ab etymologia, seu interpretatione vocabuli. Hanc **E**tymologia. In Topicis.

Cicero notationem vocat, cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitor: vt, si diuitem Crassum locupletem dicas, quod locis abundet: a fiduum quoque diuitem, quod assere dare possit. Ab interpretatione vocabuli, et ab interpretato ad interpretationem argumenta sumuntur aientia, et negantia, si utrumque inter se reciprocatur: vt, si philosophus est, profecto sapientie studiosus est: si non est sapientie studiosus, nec philosophus est. Locus communis idem hic est, qui definitionis, tantum definitionis verbo in etymologiae nomen mutato. Eorum que non reciprocantur, alia ratio est. Nam ab interpretatione ducuntur argumenta negantia: vt, non sit de meo tuum, non est igitur mutuum. Ab interpretato, affirmantia: vt, Mutuum est, igitur de meo tuum. Ab allusione non sumuntur argumenta necessaria, que tantum ab etymolo

Huc pertinet
& transiunt:
ptio, ut Diale-
tica vobis est
ad omnem mes-
thodum, igitur
et ad omnem
scientiam vitios
est.

etymologia, id est, veriloquio, & vera nominis explicatione ducuntur. Vide Rodolphum de nomine rei.

De genere. 70.

G E N V S hic aliquanto latius accipitur, ut sit id omne, quod de pluribus sive specie, sive numero differentiis in questione, quid est, dicitur. Vnde negatio ducuntur argumenta: ut profusio non potest liberalitas videri, cum virtus non sit. **Quintilianus**: Quod non est arbor, utique platanus non est. Non est emptio, quoniam contractus non est: nec stipulatio, quoniam obligatio non est. Locus communis: Sublato genere species remouetur posito, verò non continuo forma ponitur. Itaq; non quia est arbor, platanus est: nec quia artem nouit, dialecticam tenet: nec quia est contractus, emptio est. Id vulgus totū vniuersale vocat. Sed genere vniuersale dicente posito, formas singulas ponit necesse est, eo'que sublato tolli: ut, Quoniam argentum omne legatum est, non potest calatum non esse legatum. At hoc legatum videri non potest, si nullum sit argenti legatum. Hoc vulgo totum in quaitate nominatur, id est, generale vniuersale dicens, & subiectum huic pars in quantitate. Et per aduerbia temporis & loci (illi totū in loco & in tempore appellant) ut Harpyiae sunt nusquam, nec apud inferos igitur. Semper, & ubique nobis adest Deus, & nunc igitur, & in conclavi. Ad quod referri & haec conclusi formula possunt, ut si virtus expetenda est, utique & iustitia. Si non est expetendum vitium, utique ebrietas non est expetenda. Haec sunt enunciationes indefi-

indefinitæ, sed quæ idem declarant quod generales. Locus communis: quod tribuitur vel admittitur generi vniuersale dicenti, id tribuitur, vel admittitur etiam cui libet eius parti, seu speciei subiectæ. Ad hunc etiam modum argumenta sumuntur à specie ad individuum: vt, Quum doctis omnibus semper inuidenter Zoli, mirum videri non debet, si Virgilium ipsum petierint muidorum morsus. Si nulli fuerunt Troiani, profectò nea Aeneas fuit. Eadem ratione colligimus ex communi particolare communis significacionem non diminuens: Voco autem hic commune, quicquid alio est quovis modo latius, tanet si propriè genus eius non sit (vulgus totum in modo nominat.) Et particolare cum vulgo dico, quicquid altero quavis ratione contractius est, & angustius, ut homo, & homo malus: vir, & vir bonus: illud generis est loco, hoc speciei. Per negationem tantū: ut, Ne homo quidem dicēdus, nedium bonus. Non est doctus, nec Græcè igitur. Non est animal, nec quadrupes igitur animal. Non habuit edes, nec splendidas igitur. Aientia ducuntur à communi vniuersale dicente, hoc modo: Homines omnes ad discendū apti sunt, & rudes igitur homines apti sunt. Deus vult omnes homines saluos fieri, & malos igitur.

De specie. 71.

A S P E C I E, seu forma ad genus argumēta à ientia ducuntur: ut, Si consul est, certè magistratus. Si stipulatio, profectò obligatio. Locus communis. posita forma seu specie, ponitur & genus. At formis omnibus sublatis, tollitur genus. ut, Quod nec homo, nec bestia

A specie ad individuum.

A cōmuni ad particolare.

Commune.

Tectum in modo.

Totū vniuersale.

Totum in quaeritate.

Cic. in Topicis.

Cautio.

Ab individuo
ad speciem.

Particulare.

A particulari
ad commune.A forma gene-
ris.

In Topicis.

bestia est, id animal esse non potest. Si neq; natus est clavis, neq; factus, non est ciuius. Si neq; censu neq; vindicta, neq; testamēto liber est factus, non est liber. Sed in has formarū enumeratiōe cauedū est, ne quā pars prætermittatur necessaria. Nā in hoc exēplo quod etate Ciceronis absolutū fuit, desiderantur alij manumittendi modi, quorū meminit Iustini anus titulo de libertinis in Instit. et explicat in Codice. Eadē est argumētandī ratio ab individuali ad specie ducita. vt, Si Virg. est, certe homo est. Si chelidonia, herba. Si nec Virg. nec Cicerō, nec veterū quisquā doctorū ab æniorū dentibus liber fuerit, certe doctorū nemo liber ab inuidis esse poterit. Ad specie referendū est etiam argumen-
tu quo ex particulari cōmune colligitur, idq; per af-
firmationē hoc modo: Si venaticus est canis, certe ca-
nis est. Cum mibi ruinofus aliquādo fuisse ædes dixi-
ris, cur nunc tili oblitus nūquā ædes habuissē me dia-
ctitas? Si Græcē doctus est, profecto doctus. At ma-
lē concluditur: homo mortuus est, homo igitur. immo-
iam nō homo, sed cadauer est. Item, homo pictus est,
homo igitur, immo nō est homo, sed imago, et inane
simulacru. Nam particulare, quam determinationem
re cant restringentem, cōmuni rationem diminuere
non debet. Alia est argumentādi ratio apud Cicero-
nem à forma generis: cum vna ponitur forma, alia re-
moicitur omnes non expresse. Quæ argumentatio
potest ad dissimilitudinē referri. vt, Si ita Fabiae pe-
culia legata est, si materfamilias esset: si ea matersfa-
mili non sit, nihil debetur. Hic vna posita forma cū
vera esse negetur, nihil concluditur. Rursum alia
est.

est argumentandi forma, in qua partes enumerantur, Enumeratio
quā rhētōres enumerationē vocat, & author rhēto-
ricorū ad Herennium lib. 4. expeditionem, quæ supra & sub cap.
à nobis relata est inter argumētationes rhetoricas. 64.
supra sub cap.

De differenti & proprio. 72.

A B V T R O Q V E argumenta ducuntur aien-
tia, & negantia, & retro etiam vicissim cōmeantia,
vt Pygmæi sunt homines, quoniā rationis compotes
sunt, cuius si expertes erūt, ne homines quidē dicēdi.
Dialecticus est, quoniā benē disputat. Hic tyrānicida
est, quoniā tyrānde ciuitatē liberavit. Locus cōmu-
nis: Tributo, vel remoto differēti & proprio tribui-
tur vel remouetur & species, quā vtrungq; cōstituit.
Aliud, Angeli quāuis ratione sint prædicti, immortales
tamē cū sint, homines nō sunt. Videtur ob id quidā nō
sine ratione dixisse, negas tantū argumentū à differē-
tia ad specie duci, & aienis tantū a specie ad differen-
tiā, nisi hæc ita propria sit vt vicissim possit de sua spe-
cie dici. Vtrungq; ad definitionē referri posse videtur.

De toto. 73.

T O T V M est, quod est ex partibus constitutum. Totū duplex.
Atque id duplex, substantiale, quod ex substantiis partibus constat: & integrale, quod ex partibus quā-
titatem habentibus (his nominibus vulgo vtuntur.)
A toto ad partes, & à partibus ad totum argumen-
ta ducuntur aientia, & negantia. Locus communis:
Toto posito partes inferuntur: vt cū Dialecticam
teneat, non ignorabit iudicandi, & inueniendi ar-
tem. Toto autē sublatō non continuo partes tollun-
tur.

Hunc locum
Cic. partium
enumerationē
vocat, aliis in-
ductionem.

In Topicis,

diuidendi ratione indicatum. Dicere licet, Laurus est arbor; sed dispositio est rhetorica, nō licet. Nam species generis nomen integrū accipit: partes autem nomen totius non nisi cōiunctē possunt accipere, sīns gule non possunt. Locus à diuisione partim ad hunc locum, partim ad eum, qui est à specie, pertinet, vt si cometam stellam esse neges, quod nec inerrans sit, nec planeta. Aut Dialecticæ imperitum probes, quod nec inueniendi artem, nec iudicādi nouerit.

De coniugatis. 75.

C O N I V G A T A dicuntur (ait Cicero) quae sunt ex verbis generis eiusdē. Eiusdē autē generis verba sunt quae orta ab uno variè cōmutatur, vt sapiens, sapiētia, sapienter. A quibus argumenta sumuntur et aientia et negantia: vt, si mori nō est miserum, nō est misera mors. Si in ciuitatē acceptus est, cuius est. Si compas scius est ager, ius est cōpascere. Si prudēter agit per petuō, prudens est: si iuste, iustus. Locus cōmunitis. Tributo, vel remoto cōiugatorū uno, tribuitur vel remo uetur alterū. Affinis hic causarū loco videtur, atq; ob id male cōcludatur, malū esse philosophiā, quod mali sunt philosophi: malū vinū, quod mali sunt vinolenti. Nam coniugatorū veritas ex causarū loco pendet.

De locis artificialibus medijs, adiacētibus,
actibus, et subiectis. 76.

M E D I I , seu coniuncti, seu adhaerentes, qui neq; omnino sunt extra substantiam rei, neq; ita infixi, vt interni. Subiectūtur his adiacentia, actus et subiecta.

De adiacentibus. 77.

adias

A D I A C E N T I A sunt, ex quibus subiectum aliud quoddam, quam ex substantia, nomen dicit: vt, Catoni (qui ex substantia homo dicitur) prudētia adiacet, à qua prudens appellatur. Referuntur hoc quantitates, qualitates, et ea quae cum alijs conseruntur (vt hoc ea quoque referantur, quae Ros dolpho cōnexa dicuntur) ad sua subiecta relata. Que si alio referantur, accipiunt et alia nomina. Nam virtus ad animum relata adiacens est: cum felicitate collata, destinatum: cum vitio, contrarium: cum iustitia, genus: cum habitu animi, species, et c. Accidentia sc̄rē omnia pr̄ter ea quae sunt in agitatione posita, adiacentis nomine Rodolphus complexus videtur. ea que ita distribuit, vt alia sensu percipiantur, vt ea quae sunt subiecta sensibus: alia intellectu, vt velocitas etiam in quiescente colligitur. Rursum alia nativa sunt, quae subiecto natura insunt, vt calor in igne, humor in aqua. Alia accedunt, quae foris accedunt, vt calor ad aquam igni admotam. Accidentium alia separabilia sunt à subiecto, vt rubor à pudore contractus: alia difficulter separabiliā, vt sunt habitus. Loci communes. Posita specie, ponuntur et accidentia, qua sublata tolluntur. Adiacentium perpetuorum sufficiente posita congerie, ponitur et species, vt aurum grauiſſimum est, quoniam ei plurimum inest terre, siquidem huic adiacens est grauitas. Si adiacentium fuerit unum in subiecto, videtur et alterum inesse, quod ex priore cōsequitur. vt, Cato vir laude dignus est, quoniam prudens. Pr̄terea adiacētia tributa subiectum inferunt.

T A B V L A E D I A L E C T .

Tusculana 1. *vt Cicero, si mortui sunt miseri, mortuos esse necesse est, categoria menon.* *se est. Sint enim oportet, si miseri sunt. Obiter hic notanda est duplex significatio particulæ, est. Dicitur, est, κατηγοριῶν, cùm verbo substantiuo nihil additur, sed ipsum est attributum, vt Deus est, mortui sunt. Vbi, est, vitam quandam significat. Est, προκαταρκεῖων, id appellatur, quod subiectum, et attributum enunciationis connectit, sive cum verbo substantiuo aliquid additur: vt, Deus est summum bonum, mortui sunt miseri. Rectè autem concluditur ab est προκαταρκεῖων, ad est κατηγοριῶν, quod illi dicunt, ab est tertio adiacente ad est nullum adiacens. At in pronunciatis necessarijs, velut in hoc, homo est animal, est, accipitur ὡραὶ κατηγοριῶν, et dialecticè. Non rectè cocluditur: si homo est animal, homo est, sicut nec in priuantibus, vt est homo mortuus, igitur homo.*

De actibus 78.

A C T V S *est, ex quo res proposita exerceri affecti; dicitur, et actione ac passione continetur, sive accidentis in actione et motu positum. Totidè autem oriuntur actus, quod sunt adiacentia, vt ex adiacentibus timore, dolore, motu, existunt actus, timere, doles, re, moueri, aliaq; vt iurgiū, cedos, etc. que sunt omnia in agitatione et mutatione posita. Verba tamen ea, que neutra gramicis dicuntur, ad adiacentia potius referantur. Locus communis: Si actuum unus extiterit in subiecto, videtur et alter extiterus, qui priorem consequitur: vt parvus et quis est philosophis, cum toties hos infectetur. Et actibus tributis, subiecta quoq; et adiacen-*

C O R N E L I I V A L E R I I . 55

adiacentia, à quibus sunt deducta, inferuntur. Cic. Si spissus De inunctione, ritu dicit, vivit. Cum Pygmæos cum gruibus pugnare constet, profectò Pygmæos esse necesse est;

De subiecto. 79.

S V B I E C T U M *est, cui aliiquid inest, receptaculum adiacentium, actuumque fultura, et id omne, quod actioni subiectum est, et expositum, in quod ea tendat, et vim suam explicit: vt, calcare proficiscitur ab igne calciente, et in aliud tendit, quod calciferi possit. Proprie autem subiectum est substantia, accidentium receptaculum. Quæ vulgo dicuntur obiecta sensuum, et quæ sunt mentis agitationi obiecta, non sunt subiecta, sed efficientia potius, et sensum mouentia: nec sunt sensuum actioni subiecta, cum sensus patiantur ipsi magis, quam agant. Locus communis: sublato subiecto tolluntur tam adiacentia quam actus: vt Cicero: Mortui non sunt miseri, quoniam ne sunt quidem. Qui omnino non sunt, ij ne miseri quidem esse possunt. Posito subiecto tribuuntur etiam nativa adiacentia, et actus: vt, Ignis est, calidus igitur. Homo est, patibilis igitur.*

De locis externis, ac primum de causis. 80.

E X T E R N I loci sunt, qui rem attingunt illi quidem, sed infixi tamen non sunt, nec adhaerentes. Quorum primus causas et cuncta complectitur, quæ sola necessario rei ciuiusista sunt, cum reliqui loci ex-

Proprie subiectum.
Quæ sunt subiecta sensibus & menti, potius sunt efficiencia.

Tusculana 1.

H 3 terni

Quid causa.

terni nullo necessitatis vinculo sint colligati, cognatione tamen aliqua deuincti. Causa est, cuius vi sequitur aliud. Causæ autem quatuor sunt, efficiens, finis, materia, & forma.

De causa efficiente. 81.

Natura efficiunt.

E F F I C I E N S est, quæ sua vi efficit. Efficiens tium aliæ natura efficiunt, aliæ consilio & delectu. Natura efficiunt, & necessitate quadam, ea, quæ delectu carent, & iudicio, ut sol, ignis, herbæ, gemmæ &c. Atq; horū quædā naturæ conatu agunt, quedam externa vi. Naturæ conatu ea, quorū agendi principium est intra ipsa, nullo externo adiuuante: ut ignis virit natuua coloris inhærentis vi. Externa vi agit ea, quibus ab alio vis agendi est impressa: ut, aqua fera uens calefacit, verum non sua sed ignis vi, à quo hac calorë accipit. Sic lapides, & si qua tormentis emitantur, suprase, & in sublimi posita disiçiunt, non proprio impetu, sed eo, qui iacentium violentia ipsis est intortus. Locus cōmuniſ: Ab efficiente naturali nō impedito necessario sequitur effectu: ut, ſignis est, non potest non vire, modò fit adnotata materia. Si in æquatorē ſol inciderit, æquinoctiū fit neceſſe eſt: ſi ad Capricornū deſcēderit, bruma: ſi ad Cancrū coſcen derit, æſtas. Sed ſublata cauſa, neceſſario tollitur effe tut. Conſilio & delectu efficiūt homines, & fortassis etiā bestiæ quædā dociles, imagine quadā deliberatio nis preditæ. Hæc cauſa præcipue ſolet in ſtatū conie cturali ſpectari, cum queritur, an voluerit, an potuerit? Locus cōmuniſ: Posita cauſa voluntaria effectus inferri

A cauſa effi ciente ad effi cium.

Conſilio effi ciunt.

inſerri potest, qui carēmota tollitur: ut, Si futor eſt, confui calcus potest: ſi deſt, non potest. Si doctri nam expeditis, docti authores legendi, & docti preceptores audiendi. Fugienda eſt voluptas, quoniam infamiam parit. Ex Cic. Fornix vitium fecit in com muni pariete demoliendo: is igitur qui demolitus eſt, damni non tenetur. Nam à quo cauſa remouetur, ab eodem & effectum remouebitur. Huc illa pertinent: gladiū irato præbuit, cædis igitur eſt author. Venenum porrexit, occidit igitur. Item, ignoscendū ebrio. Trahūtur hinc & illa rhetoru argumēta ab honesto, utili, neceſſario, poſſibili, et cæteris locis. Eodē reſer vi ille quoq; locus potest, quæ à generatione vocant, cūm re generare nihil aliud fit, quæm efficere. Locus, quæ à corruptione appellat, ad priuatiā relegādus vi detur. In quo tradutur hæc capita ſeu loqui cōmuniſ: Si cauſa in bonus eſt, erit res que euertitur, in malis. Et, si cauſa malū, id quod ab ea cauſa euertitur, bonū erit. Bonæ enim rei malus eſt interitus, et mala interi mens cauſa: male rei bonus interitus, & bona interi mens cauſa. Ut, ſi bonum vita, malum morbus, qui eam perſequitur.

De fine. 82.

F I N I ſt, cuius gratia aliiquid fit. Idē eſt viſus rei. Finis ſumma. Atq; is eſt duplex: ſumma ſeu perfectus & destina tus, ſive ad præſantiſimum finē conferens. Summus & ultimus eſt, qui per ſe expeditur, qualis eſt rei cuiusque ſtatus in ſuo genere optimus: ut, hominiſ eſt, mente, & conſilio, ratione que maximè preditum eſſe, & beata vita: equi, ferocem eſſe: ignis, maximè

H 4 calidum

Locus à gen ratione,

toti

Destinatus.

Destinatorū
varietas.A fine ad de-
stinatum.

*edidum esse & siccum: atq; maximē humidū & fri-
gidum, terrā, herbis &c. ornatum esse. Destinatus
est, qui ad supremum consequendum comparatus est,
vt cibus, potus, vestitus, opes, &c. quæ vitæ humanae
tuenda sunt adiumento, sine quibus viui non potest.
Destinatorū autem finium alij alijs præstant, & prio-
res, aliarumq; gratia facti: vt, calx & lapides cōpa-
ratur parietis causa, & hic domus, domus habitatio-
nis. Sumuntur autem argumēta à fine ad destinatum,
& à destinato ad finem. Locus communis: Cuius rei
finis est vel bonus, vel malus, ipsa quoq; vel bona vel
mala iudicanda est: vt, Bona virtus est, quoniam bo-
na est beatitudo. Si malū est adulterium, studiū quoq;
adulterij malū est. Fugiendū bellum, quoniam pernicio-
sum. Item, Qui finē expetit, ne fugiat id, quod fini
destinatur. & cōtra, qui finem oderit, ea fugiat, que
fini consequendo conducunt. Cic. Si pace volumus frui,
bellum gerendum est: si bellum omittimus, pace nun-
quam fruemur. Sumpū faciat necesse est, qui qua-
rit lucrum. Si vitam expetis beatam, exerce virtutes,
fuge vicia. Si gladiū ferre licet, licebit & vitam tue-
ri. Si eruditio bonum, studium etiam quod in discen-
do ponitur, bonum est. Ab hoc loco separari non de-
bet is, qui ducitur ab vsu: vt, cùm sit utilis nauiga-
tio, utilis etiam nauis est. Bonus equus, quoniam uti-
lis. Bonum vinum, quoniam stomacho prodest, & a-
nimis parat. In quo caendum, ne sumptum ab abu-
su argumentum videatur, vt si malum dicas vinum,
quod ebrios reddat: vel gladium malum, quod illo cæ-
des fiant.*

Ab vſu.

Cauio.

De

De materia.

83.

MATERIA est efficienti subiecta, ex quares
vel naturalis vel artificialis componitur, vt homo ex
corpo & animo: ex auro, vel ære fit statua. Hinc
aientia & negantia dicuntur argumenta: vt, Si pan-
nus est, vestis parari potest. (nā parari & fieri pos-
se, non autem semper esse intelligitur.) At pannus mi-
bi cùm desit, unde togam conficiā? Et cùm farina de-
sit, panis fieri nequit. Bisariam distribuitur materia,
in permanentem & transiuentem. Permanens materia
dicitur, velut si ex lapidibus, lignis, & calce cōstru-
eta sit domus: vel ex argento statua, que in priorem
materiā redire possunt. Transiens est, vt si ex farina,
& aqua panis efficiatur: ex melle, & vino mulsum.
Hæc in materiā resoluti non possunt. Locus cōmuni:
Materia posita consequi effectus potest: ea sublata,
necessariō tollitur effectus: vt, Non est argentū, nec
statua igitur argentea: idq; per tēpus præsens. Quod
in transiente perperam concludatur: vt si dicas, Fa-
rina non est, nec panis igitur: cùm sit dicendum, Fa-
rina non fuit, per tempus præteritum. Vel, non est fa-
rina, panis igitur fieri non potest.

De forma.

84.

FORMA, ex quarei nomen est inditum, quan-
uis efficiens produxit. Locus cōmuni: posita forma
sequitur effectus. siquidem ex forma facultas est effec-
tuum. Remota autem forma, tollitur & facultas ex
vſu: vt, Coelum voluit, quoniam rotundum est.
Matrimonium non est, quoniam non est legitima, &

H s consensu

Materia
duplex.

consensu inita societas. Cum Dædalus alatus non fuerit, profectò subiulare non potuit. Non sapiunt bestiae, quoniam his mens et ratio negata sunt. Non est candor, nec candidum igitur. Materiam et formam sua præ etiâ ad partes retulimus, quod hæc initia sint et elementa, quibus vniuersius substantia absoluatur.

De euentis, effectis, destinatis, &c.

85.

E V E N T U S , qui oriuntur ex causis. Si bonus euentus, causa non potest esse non bona. Effecta sunt, quæ efficiuntur ex causis efficientibus, ipsa efficientium opera, ut fabri domus, futoris calceus. Malum corui malum ouum. Qualis cuiusq; animi effectus, talis ipse homo, et vita. Locus communis: Posito effecto causam eius propriam vel adesse vel adfuisse necesse est. At effecto sublato causa tollitur: vt, quoniam dies est, solem exortum esse dubium non est. Lutine defectus hoc anno nullus erit, quoniam Sol et Luna non ex diametro consistent in anabibazonte, aut catabibazonte. Ex Cic. Quoniam omnia que mulieris fuerunt, iam viri sunt dotois nomine, necesse est eam mulierem in manu viri conuenisse, id est, matrem familiæ facta fuisse. Id ductus est ab effectis rebus. Sed ab efficientibus causis hoc modo: Quoniam mulier in manu viri conuenit, omnia, que mulieris fuerunt, viri sunt. Cauendum ne ab effectis impro prijs argumenta ducantur, quæ contingentia potius videantur, quam effecta: ut paret, amat igitur. Adolescens est, prodigus igitur. Ex malis moribus leges bone sunt.

facte.

Ab effecto ad
efficiens.
A destinato
ad finem.

Id vulgo dici
tur, in capite
aut cœda dicitur,
In Topicis.
Ciceronis lo-
cus restitutus.

factæ. Sublati sunt huic animi, quoniam plusculum accepit pecunie.

De destinatis, cause finalis
effectis.

86.

D E S T I N A T A sunt certo alicui fini, et usui addicta, ut domus habitationi, virtus felicitati, arma defensioni, studium eruditioni, medicina sanitati &c. Hos modò fines destinatos, et convergentes appellauius: vt, Cum gladium portare liceat, profecto vim propulsare licebit. Si bellum gerendum est, neruus belli pecunia primum est querenda. Locus communis: Quicquid destinato tribuitur vel admittitur, id est fini tribuendum vel admendum est. Non debet autem mirum videri, idem vocari et finem et effectum, propter comparationem ad diuersa.

De euentu materie.

87.

E F F E C T U S materia dicitur opus ex materia compositum: vt, gladius ferri effectus est. Ab euentu materia permanentis: Ferreus est gladius, et ferrum igitur est. Ab euentu transiuntis: Panis est, sicut igitur farina. Si domus est, ligna sunt et lapides. Locus communis: Posito cause materialis effectu, materialiam vel esse vel fuisse necesse est.

De euentu formæ.

88.

E F F E C T U S formæ, est rei vel naturalis, vel accidentariæ facultas et actio propria, ut hominis effectus est ridere, ac loqui posse; lapidis, deorsum cadere: cædoris,

doris, candidū reddere: scientiæ, sciētem efficere. Vt, si candidum est, & candor igitur: si non est cādīdū, nec candor esse potest. Sirationis expertes sunt Pygmaei, profectō homines nō sunt. Si volubilis est globus, rotundus est. Id quod plurimum capit, circularis formā sit, & globosæ necessitatem est.

De adiunctis seu verisimilibus, antecedēti-
bus, & consequentibus, de loco, &
tempore &c. 89.

A D I V N C T A sunt, quæ aut semper, aut plerūq;
rem consequuntur, cī' que proximi sunt adiuncta. Vt
si peperit, cum viro cōcubuit. Si rubet vespertinum
coelum, erastinus erit serenus dies. Quanis autem
ea separari possint, mutua tamen declaratioe mon-
strantur, vt si unum eorum quolibet extiterit modo,
alterum quoque extitisse, vel extare, vel extitum
esse videatur. Locus communis: Ex adiunctis per-
penduntur adiuncta. Terent. Non dubium, quin uxo-
rem nolit Pamphilus, ita Dauum modō timere sensi.
Quoniā tutor est, tutela administratæ rationis reda-
dat. Rodolphus contingentia vocat, vulgus commu-
niter accidentia, quorum pleraque causis cognata
sunt ea maximè, quæ rem necessariò vel precurrunt
vel sequuntur. Nam duplia sunt, alia necessaria,
alia verisimilia. Atque horum tres species, antece-
dentia, adiuncta, consequentia. Admonet enim hic
locus, vt queratur, quid ante rem, quid cum re,
quid post rem euenerit. Cicero in Topicis adiuncto-
rum nomine cōpleteitur etiam locum, tempus, & quæ
connexa,

connexa, & contingentia Rodolphus appellat. Ans: A contingē-
tibus ad cōtin-
tēcentia, que rem quāpiam necessario, aut proba-
biliter antecedunt: vt partum concubitus: crudito= genia. Antecedentia.

nem studium & vigilia: cādem odium: à quibus ar-
gumenta negantia ducta ferē sunt necessaria: vt, Si
peperit, cum viro concubuit. Non concubuit autem,
nec peperit igitur. Eruditus non est, quoniam nullum
in literis studium posuit. Non floruit arbor, non feret
igitur fructū. Non concepit, nec pariet igitur. (Aien-
tia argumenta non sunt necessaria: vt, Quoniam rem
prodigit, egebit aliquando.) Locus communis: Ante-
cedente sublato tollitur consequens. Vel, Cui conue-
nit antecedens, eidem conueniet & consequens: vt,
Si viri culpa diuortium factum est, dotis pars sexta
pro liberis retineri non potest. antecedens est cul-
pa viri factum diuortium: consequens, dotis patrem
non retinaci. Adiuncta, quæ cum re eueniunt, vt mor-
bus ac morum difficultas sequenti adiuncta sunt:
cādem perturbatio comitatur. Si ægrotat, pallet.
Si viuit testator, irritum est testamentum. Si crebro
suspirat, laborat ex pulmonibus. Locus communis: In
adiunctis vicina & cū re eueniencia spectantur. Cum
sit asoti huius fortuna tenuis, ipse sumptuosus, furas-
ri eum necesse est. Huc enim referendum quicquid
vulgò communiter accidens dicitur. Si mater est,
filium amat. Si nouerca, priuignum odit. Si senex,
auarus. Plinius: Scenilis iuuenta præmaturæ mortis
signum est. Si pallet: amat. Consequentia, quæ rem
vel necessario, vel probabiliter consequuntur. Hinc
argumenta aientia sumpta ferē necessaria sunt: Si pe-
perit,

Ab antecedē-
tibus negantia
arg. ferē sunt
necessaria.

Adiuncta.

Consequētia.
A consequētis
bus arg. aientia
ferē sunt ne-
cessaria.

TABVLAE DIALECT.

perit, cum viro concubuit: peperit autem, concubuit igitur. Male cōcludas negantia, ut nō peperit, nec cōcubuit igitur. Hunc male sibi conscientiam esse oportet, quoniam plus cāteris trepidat, pallet, titubat &c. Si relictus est cinis, incendiu praecessit: si eruditus, studium: si cādes, ira, odium, inuidia &c. Locus communis hic adiunctorum ad coniecturales etiam causas pertinet, et ex signis, atque circumstantijs efficitur. Referuntur huc prodigia, ut cometæ significations &c. Item ethnicorum auguria, auspicia, diuinationes, &c. quanquam hæc poëtis visitatoria. A loco ducitur argumentum, cum irritat in infami loco pronunciatam sententiam docemus. Non posse sydera ali humore, cum nullus humor hoc pervenire queat. Vide supra tabulam primam de categorijs sub ordine, Vbi: et Quintilianum lib. 5. A tempore. tempore: Si iure casam Horatiam à fratre dictore videri dicamus, quod publica ciuitatis lētitia hostem luxisset: falsam' que Clodij de violatis Bonæ Deæ ceremonijs accusationem, qui eo tempore fuerit interamne, quo Romæ dicitur opertum. Bonæ Deæ ingressus. Vide sub tabula prima ordinem, Quando. Ab utroque loco firmissima ducuntur argumenta. Quintilianus. Occidisti adulterum, quod lex permittit, sed quia in lupanari, cādes est. Terent. Quis homo promebo unquam vidi in domo meretricia deprehendi quenquam? Quintilia. Signasse hunc tabulas mentiris, qui ante diem tabularum decepsit. A modo, instruimento, et facultate: ut, Veneno adulterum necare non licet, iniuria igitur occidisti. &c.

De

De autoritate, seu testimoniio. 90.

PRONUNCIATA Rodolphus appellat rei probandæ testimonia, ab authoritate profecta, quæ sunt vel diuina, vel humana. Diuina, certa sunt et indubitata testimonia, ut literæ sacre, prophetiæ, et quæcunq; diuinitus prodita sunt, quorum sacrosancta nobis esse debet authoritas. Humana, quæ sunt magnæ Humanæ authoritatis, et illustri virorum, et experientium testimonia, quæ sèpe labefactari possunt. Referuntur huc, gnomæ, paremia, fabula, apologiæ, chria, rhetorū enthymemata, apophtegmatæ, axiomata physica, et mathematica, probationis non indigentia. Item leges, mores, vulgi etiam opiniones, &c. Ex hoc loco aientia ducuntur argumenta, ut Romani sunt à Troianis oriundi: Sic enim Liuius prodidit. Terra immobilis est: Nam ita veteres astrorū peritissimi tradiderunt. Optima queque primum sunt discenda. sic enim præcipit Quintilianus. Negantia non recte Lib. 5. duxeris: ut, scripsit in Topicis Cicero scrum tribus modis liberum fieri, censu, vindicta, et testamento, non sunt igitur modi plures. Atqui numerantur, ut supra diximus, et alij, lib. primo Institut. de libratione. Locus communis: Fides crudissimis in arte quævis habenda est. Rectius tamen hic locus ad in artificiales referendus videtur.

De similibus.

91.

Similes

SIMILITUDO est rerum diuersarum inter se collatarum similis quædam affectio. Hinc ducitur argumentum hoc modo: Si tutor fidem prestare debet, debet & procurator, cum uterque bona fide aliena negotia gerat. Quintilianus: Si continentia virtus, utique & abstinentia. Locus communis: Similium simile est ratio. Similia Rodolphus esse dicit, cum singula conferuntur in singulis, qualia sunt illa ab Erasmo collecta. Ut si quis videntur aetate suadat, quod cito pede lauatur aetas: hanc poterit adhibere similitudinem: Ut vnde vnde perpetuo impellit: ita dies diem trudit. Si quis immedicabilem pectem penitus tollendam. Ut arbor excisa repullulat, evulsa non refruticatur: ita malum si penitus tollatur, non renascitur. Puantur haec ad probandum ceteris minus valere, & ad docendum esse, quam ad cogendum, aptiora, sæpe tamen vim magnam probationis habent. Refertur partim ad similia, partim ad paria locus à proportione, quæ est habitudinis unius ad alterum comparatio: ut, Quam habent rationem duo ad quatuor, eandem habent quatuor ad octo. Quam rationem gubernator ad nauem, eandem habet ad rempublicam magistratus. At iudicio, non forte gubernator eligitur, nec magistratus igitur forte eligendus sed iudicio.

De dissimilibus.

92

A differentiis
bus ad diffe-
rentia.

OPPONITVR similitudini dissimilitudo, seu differentia, quæ est rerū inter se collatarum affectio diuersa, qualis est inter homines singulos, singulos easquos, pisces, aves, inter hominē & bestiā virtutē & voluptatē

voluptatem, tyramnum & regem, herbam & fructem, &c. Differentium alia numero distant: ut, hoc Socratis est dictum, non Diogenis: vel huius, non illius. Alia specie sunt diuersa, ut homo est, non bestia. Sæc. tyri sunt homines, non dij. Alia generc differunt, & categorijs, ut myrica non est arbor, sed frutex: Chrysocolla lapis est, non metallum. quæ supra perstrinx tabula prima in ijs, quæ post categorias traduntur. Cicero. Non si vxori vir legavit omne argentum, quod suum esset, (id est, in arca positum) idcirco quæ in nominibus fuerunt, legata sunt. Hæredem, si quid à defuncto debetur, appellare possis, legatarium non possis: Differt enim hæres à legatario. Cicero. Non quæ admodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieris sine tutore authore solvas: ita quod aut pupille aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo solvere. Fazilius. Non quod mulieri, idem & pupillo. Tu quum centum argenteos deposueris, qua fronte aureos totidem repetis? Lapideam diruisti domum, & reponis ligneam? Negligit pecuniam sapiens, cum tantum virtutem admiretur. Locus communis. Dissimilium differunt, similis est ratio, & dissimilia sunt attributa. Nam differentium posito uno tollitur alterum: (vel cetera potius omnia: ut, quod asinus est, id nec mulus, nec canis, nec quævis alia bestia esse potest.) negato autem non continuo ponitur alterum: itaque non quia haec bestia leo non est, vixus est aut aper. &c. Differt a paribus similitudo, quod haec sit in qualitate posita, comparatio in quantitate: distat a cōtrarijs, quod haec tantum duorum, differentia plurium esse possunt, ut calidum I frigido

Differentia
numero.

Differentia
specie.

Differentia
generc.

In Topicks.

In Topicks.

lib. 5.

Locus com-
munis.

A

frigido opponitur, sed differt à sicco, duro, leui, aspero, &c. quæ sunt infinita. Constituit Rodolphus diuersam repugnantium speciem, qui repugnantia diducit in opposita, & diuersa. Similia & dissimilia comode etiam ad comparationis locum referri posse videntur, cū sepe tenui admodum discriminare separentur.

De comparatione. 93.

C O M P A R A T I V A dicuntur, que maiora ex minoribus, vel minora ex maioribus, vel paria ex paribus probant. A maiorum comparatione ducitur argumentum, cum maiora cum minoribus conseruntur, siue cum argumentum re probanda maius est. Quintili.

Si quis sacrilegium facit, faciet & furtum. Cicero. Quid faceres domi tuae, cum alienæ tam sis insolens? Occidere licet adulterum, & nō licet loris cedere? Si vir non potest, nec puer poterit. Locus communis. Quod in re maiori nō valet, nec valeat in minore. Id mutare non licet, falso enim cōcludatur: Si dux arcē expugnare potuit, poterit & miles. Rem maiorē hic grauiorē, & credibiliorē intelligi: minorē leuiorem, & incredibiliorē. A minoribus argumentum ducitur, quando minorā cōparantur maioribus, & argumentum re probanda minus est. Fab. Quintil. Qui facile, ac palam mentitur, peccabit. Pallas Argiuos submersere potuit, Iuno Troianos non poterit? Cicero.

Mortem, quam etiā virginis Athenienses pro patria contempſisse dicuntur, ego vir consularis timerem? Idem. Hoc pueri possunt, viri non poterunt? & mos valet, ratio nō valebit? Hoc modo à minori affirmatiā

non autem

A maiore.

Lib. 5.

A minorē.

Lib. 5.
Acti. 1.A maiore ne:
gantia, A mi:
norē

non autem negantia argumenta ducuntur, & à maiore negantia. Locus communis: Quod in minore nō affirmantia arg. ducuntur. Locus qualis collatione affirmantia, & negantia sumuntur, hoc modo: Cicero: Si quis me exire domo coegerit armis, haberem actionem: si quis intrare prohibuerit, non haberem? Ex Topicis Ciceronis. Quoniam fundus biennio usucapitur, (nunc usucaptionum tempora mutata sunt. ff. de usucap.) usucapiuntur & edes: utrumque enim est rerum immobilium. Locus communis: Quod in re pari valet, valeat in hac quæ pars est: Quod in illa non valet, nec in hac, quæ pars est, valeat. Ad hunc comparationis locum exempla pertinent, quæ & ipsa sunt vel paria vel contraria, vel maiora vel minora: suntque horum species quatuor, Apologicum seu Aesopicum, ut illud apud Horatii: Olim quod vulpes agroto cauta leoni respondit, referam. Et, Forte per angustum tenuis vulpecula rimam Repserat in cumeram frumenti. &c. Epistola altera ad Mecenatē libro primo Epist. Fabulosum, ex fabulis poëticis ad ductum. Vide Horatium libro primo ad Lollium: Nos numerus sumus, & fruges cōsumere nati, sponsi Penelopes &c. Dramaticum, ex tragœdijs vel comœdijs sumptum. Horatius in arte: Telephus, & Peleus cum pauper & exul uterque projectis ampullas & sesquipedalia verba. Historicum, ex historia aliqua petitiū, quod ad probandum ceteris aptius est. In his possunt & parabolæ anumerari: & similia illa, quibus singula redundunt singulis, quæ persuadere magis, quam urgere dixi.

Vide Quintilianū libro quinto, capite undecimo, &
Erasmi commentariū de copia libro secundo, cap. de
exemplis, & parabolis.

De oppositis.

94.

In Topicis.

Ab opositis
ad opposita.

O P P O S I T A, que Ciceroni contraria vocantur,
ita pugnant, vt neq; alterum de altero, neq; ambo de
tertio dici possint, id est, vt simul esse in eodē subic-
tō nequacat. Atq; horū quatuor sunt formæ, que vul-
go appellantur, contraria, contradictoria, relativa,
& priuativa. Intelligitur, inquit Cicero, contrarijs
omnibus, contraria non cōuenire, hoc est, non tribui
contraria eidem simul & ratione eiusdem. Contraria
(que Cicero in Topicis aduersa nominat) sunt, que in
eodem genere posita plurimum inter se differunt: vt
virtus, vitium: tarditas, celeritas: ignavia, fortitudo:
calor, frigus, &c. Quintilianus, frugalitas bonum,
luxuria enim malum. Si malorum causa bellum, erit
emendatio pax. Cicero: Si stultitiam fugimus, sapien-
tiam sequamur, & bonitatem, si malitiā. Horat. Cur
nescire pudens praece, quam discere malo? Cicero:
Quidcum fatemur satis magnam vim esse in vitijs ad
miseram vitam, non ne fatendum est eandem vim vir-
tuti esse ad beatam vitam? Contrariorum enim cōtra-
ria sunt consequēcia. Contrariorum seu aduersorum
duplex ratio est: Alia medium nihil recipiunt (que
vulgus immediata nominat) vt sapientia, stultitia: vir-
tus, vitium, &c. Alia sunt, inter que medium est, (ea
mediata vocant) vt inter sanum & ægrum medium Ga-
lenus statuit: inter res bondas, & malas sunt indiffe-
rentes,

In Topicis.

Aduersa.

Lib. 4.

Tusculana. 5.

Aduersa du-
plicia.Mediata &
immediata.In arte
parva.

rentes, ut diuitiae: inter calorem & frigus, tepor est,
&c. Locus communis: contrarij seu aduersantium
corum, inter que nihil interiectum est, uno sublato,
alterum necessarij ponitur: (si capax horum subie-
ctum fuerit) ut, sapiens est, quotiam stultitia caret.
Quod sane in ijs, inter que medium est, locum non
habet. Neque enim necesse est nigrum esse eum, qui
albus non sit, cum sit inter candorem & nigrorem
aliquid interiectum, vt color fuscus, pallidus, cæsius,
&c. Interiectum alia nomen habent visitatum, vt
fuscum, pallidum, &c. Alia non habent, sed per nega-
tionem efficiuntur: vt, Hominum alij boni sunt, alij
mali: quidam neque boni neque mali: Quidam nec
amici, nec inimici: nec eloquentes, nec barbari. Alij
sani sunt, alij æ gri: quidam neq; sani neque æ gri. Con-
tradictoria, seu cōtradicitoria opposita. Ea latine Cic.
negantia dicit, cōtraria a cōtrabibis, que sunt valde con-
traria, quorū alterū att quid, alterum negat: vt, sedet,
non sedet: Si hoc est, illud non est, aliæq; pugnantes
enūciationes. Locus cōmunitis: Contradicentij posito
uno, tollitur alterum: vt. Si terra immobilis est, cur
eam nunc immobile negas? Relativa Ciceroni dicuntur
ea, que cum aliquo conferuntur: vt, duplum simplum,
multa pauca, patronus cliens: vt, Quod est turpe do-
cere, idem est ex illicitū discere. Si filium hunc eius
esse cōtendit, non potest eiusdē esse pater. Non otiosè
additur eiusdem. Nam pater alterius esse potest. Locus
cōmunitis: Collatorū posito uno, ponitur & alterū
in subiectis diuersis. Contrā, sublato uno, tollitur
& alterum. vt si pater est, filium habeat necesse est:

Cōtradicētia.
In Topicis.Collata.
In Topicis.

sibic non est, nec ille erit. Atque hoc quidem de cōsentia intelligendum est. Nam in alijs hoc non consequatur: Pater non docet, nec filius igitur. At vero vno tributo, detrahitur in eodem subiecto alterum: vt, Si tibi non sum uxor, non eris tu mihi maritus: si maritus tibi sum, eris tu profecto mihi uxor. Si Titius Davi dominus est, non potest esse seruus. Priuatiua, habitus et priuatio. Ex hoc loco petita argumenta Cicero priuatiua nominat, qua Gracē vocātūs sequuntur ut dignitas indignitas, humanitas inhumanitas, eloquentia infantia, pium impium, firmum imbecillum, viuum mortuum, lux tenebre, cæcitas aspectus, cæcū esse desplicere, auditus surditas, motus quies, et c. Habitus, quem vocant, rei presentia est, priuatio, eiusdem absentia rci, que adesse potuit, siue quam natura adesse voluit, idq; tempore statuto. Neque enim vel catulus visu, vel puer dentibus, antequam per etatem habere possit, priuatus esse, nec cæcus lapis dicitur, nec priuatae ratione bestiae. Locus communis: Priuantum unum interitus est alterius: vt, Si bonum patria, miserum exilium. Si valetudo bonū, morbus miserum. Si laudabilis eloquētia, vituperabilis est infamia. Si tenebre sunt, lumen abest, et c. Contrariorum proprietates: Aduersa vno, eodemq; tempore subiectis diuersis inesse, alterum que sine altero constare possunt. Ea vero, que sunt in coparatione, vno tempore aut esse ambo, aut nō esse necesse est. Priuatiua et cōtradicentia eodē tempore in iisdem subiectis inesse non possunt: quod si diuersis accommodentur, desinunt esse priuantiua et cōtradicentia. Neq; enim contradicunt:

Nero

Priuantiua.
In Topicis.Habitus.
Priuatio.Cōtriariorum
proprietates.

Nero tyrannus est, Augustus non est. Ceterū in omnibus oppositis intelligendum est repugnatiam fieri differentiarum nō generum aut cōmuniū accidētium. Neq; enim recte cōcluseris: Virtus est habitus, Igitur vitium non est habitus. Vide plures cautiones sub cap. 40. de repugnantia pronunciatorum.

De locis inartificialibus. 95.

I N A R T I F I C I A L E S dicuntur, qui foris ad probandum vel refellendum assumuntur, neque inherētent in rei natura. Differunt a pronunciatis assumpta, quod h.ec à litigatoriis adserantur: illa ab oratore quæsta tractentur. Quanquam uterque locus (ob id tantum à nobis sciunctus, ut loci plures distinetius explicarentur) testimoniorum seu pronunciatorum nomine cōtineri potest: que haud dubiè pertinet ad artem, ut ait Rodolphus libro primo, cap. vigesimotertio, quoties ex ipsis à dicente, non per ipsa fit à teste probatio. Sine arte autem dicuntur, quod ea non pariat oratoris ars, sed foris ad se delata tamen arte tractat. Inartificialis numerātur loci sex: præiudicia, rumores, tormenta, tabulae, iuriandum, testes. Cicero. Hoc verū est, dixit enim Quin. Lutatius. Hoc falsum est, habita enim questio est. Hoc sequi necesse est, recito enim tabulas. Præiudicia sunt sententiæ dis*Præiudicia.* etæ, que iudicaturis exemplū, quod in paribus causis sequatur, adserūt. Cōfirmabimus præiudicia autoritate eorū qui pronunciauerunt, et rerum, de quibus queritur, similitudine. Labefactabimus, auctoritatis elevatiō, et rerū dissimilitudine. Rumor seu fama,

Rumores. Contra rumorem dicturus vocabit sermonem sine vla-
lo certo authore diffusum, cui malignitas initium
dederit, incrementum credulitas, cum'que nulli non
etiam innocentissimo accidere posse, fraude inimicorum
falsa vulgarium. Pro rumoribus: Non temere dis-
pergi dicet, sed esse quasi publicum testimonium.
Tormenta. Tormenta, supplicia sunt, quibus extorquetur veri-
tas. A quibus qui probat, inuentam dicet questio-
nem ob vera fatendi necessitatem. Contra ea dicturus
ostendet, hanc fatendi necessitatem plerunque causam
esse falsa dicendi, quod alij tormentorum patientes,
alij sint impatientes. Tabulae sunt apochæ, antapo-
chæ, epistolæ, chirographa, codices accepti et ex-
pensi, pacta et c. Recelluntur tabulae et recusantur
sepius, veluti si fides abrogetur signis, si tempora
non congruere, si pugnantia esse scripta, si dolo, vi,
metuve probentur extorta. Iusurandum est affirmatio-
tio religiosa, qua nullum est ad constringendā fidem
vinculum arctius. Id offertur et recipitur oblatum,
exigitur, vel recusatur. A iureiurando ducentes ar-
gumentum dicent magnum habere momentum viri
sancti, et religiosi iusurandum. Rursus idem à viri
improbitate, et perfidia, impiaq; iuradi cōsuetudine
refellent, et quod vi metu've causa datum sit, amore
odiöve extortum. Testes, quoru' est dicere que scie-
rint, vel audierint, quos accusator producēs integrati-
tatem eorum et fidem cōmendabit: defensor, si po-
test, eleuabit. Debent vbiq; probatissimoru' hominū
valere testimonia. Sed vniuersa hac testimonioru' ra-
tio accuratius à Cicc. et Quinti, lib. 5. traditur, qui

Tabula.

Iusurandum.

Telles.

In Particio-
nibus.

copiosius ornatusq; docent, quaratione aut confir-
mare locos inartificiales, aut infirmare oporteat.

Tabula sexta locorum sophisticorum.

De reprobationibus, et fallacibus
conclusiunculis 96.

GENERA dissoluendi vitiosam, et captiosam
argumentationem sunt duo. Aliæ enim reprehensiones in verbis sunt, aliæ in rebus. Earum que sunt in
verbis, genera sex numerantur: homonymia, ambi-
guitas, coniunctio distracthendorum, distinctio con-
iunctorum, accentus, et forma orationis. Earum que
in rebus spectantur, septem genera sunt: Accidens,
Dictum ex parte et quodammodo pro eo quod o-
mnino et simpliciter dicitur: Ignoratio elenchi seu
reprehensionis: Consequens: Petitiō principij: Id
quod causa non est, pro causa positum: Plura roga-
ta pro uno posita. Hos ferè captionum titulos enu-
merat Aristoteles. Verborum captiosa genera sex,
qua nascuntur primum ex Homonymia, qua fit in uno
verbo, ut latum omne delectabile est. Mors autem est
latum, Mors igitur delectabile. Canis omnis latrare
potest: Sidus autem quoddam canis est, sidus igitur
latrare potest. Secundo, Ex ambiguitate, qua fit in Ambiguitas
verborum dispositione, seu oratione plures decla-
rante sensus diuersos: ut, Aio te Acacida Romanos
vincere posse. Et, Crœsus Halym penetrans magnan-
peruerter opum vim. Quo deceptus oraculo Crœsus,
cū vim hostiū sese peruerterū putaret, peruerterit suā.
Vide Cic. 2. de diuinat. Tertio, Ex coniunctione di-
coniunctio dis-
trahedorum,

I s straben

TABVLAE DIALECT.

**Disunctionio cō
unctorum.** strahendorum: ut, Qui sedet, stare potest: sedens igitur aliquis stare potest. Id si cōiunctū accipias, falsum est: si disunctū, verum: quippe sedendo stare nemo potest. Homerus est cecus, et idem poëta, igitur est cecus poëta. Hic corporis accidens cum animi habitu copulatur. Quarto, Ex disunctione coniunctiorū: ut, Duo & tria, sunt numerus par & impar. quinq; autem sunt duo & tria: quinq; igitur sunt numerus & par ex impar. Vtrumq; locum sepe usurpant iij, qui insectandi studio aliorum benedicta male narrādo vel addendo, vel detrahendo deprauant. Quinto, Ex accentu: ut, malum est fugiendum, aliquid autem possum est malum, aliquid igitur ponum fugiendum. Omnis ara est consecrata: pororum autem stabulum est hara, consecrata igitur. Item ex ironia. Horat. O ciues ciues, quærenda pecunia primū est, Virtus post nummos. Sexto, Forma orationis, cùm non eodem modo idem explicatur, quæ vocum proprietates spectare monet, et phrases cuiusq; linguae proprias. Sæpe multiplicem errorem creat linguarum ignoratio. Ex hoc etiam loco fieri imposturam aiunt, cùm ab una categoria transitus sit in aliam: ut, quod heri emisti, id hodie comedisti: viuum autem capum emisti, viuum igitur capum comedisti. In rebus captio nascitur ex Accidenti, cùm idem tribuitur substantiæ ex accidenti: ut, Quod ego sum, tu non es: ego autem homo sum, tu igitur homo non es. Quam emisti carnem, comedisti: crudam autem emisti carnem, crudam igitur comedisti. Cuiusmodi plures referam acutas delirations. Nullus panis est pisces: hic comedit panem,

**Forma oratio
nis.**

**Captiones in
rebus.**

Accidenti.

**Exempla acu-
tarum delixa-
tionum.**

non

CORNELII VALERII. 56

non comedit igitur pisces. Nullus equus est canis: Atque non habet equum, non habet igitur canem. Album capit intentionem & remissionem: nix autem non capit, non est igitur alba nix. Quod nix est, hoc gran do non est: nix autem alba est, grande igitur alba non est. Quod homo est, id equus non est: homo autem animal est, equus igitur animal non est. Plato non est Socrates, Socrates autem est homo, Plato igitur homo non est. Item, Vbiq; est aduerbiū: Deus autem est ubique, Deus igitur est aderbiū. Animal est genus: homo autem est animal, homo igitur genus est. Cicero est homo: homo autem dissyllabum est, Cicero igitur est dissyllabum. Hæc distinctione sunt diluenda. Secundo, Ex eo quod cum sit ex parte & quodammodo (id est, finitum circumstantijs) simpliciter & omnino dicitur, hoc est, infinite, ac per simulationem partis sit iudicium de toto: ut, Aethiops est albus dentibus, albus igitur. Item, non est albus, nec dentibus igitur albus est. Licet uxorem adulteram repudiare, repudianda est igitur uxor. Hic diligens est habenda circumstantiarum, personæ, temporis, loci, & comparationis ratio. Tertio, Ex ignoracione elenchi seu reprehensionis, ad quam captiones omnes quidam referendas putant. Angustius Aristoteles huius loci paradoxos contraxit, id' que duobus modis: vel cum quid non ad idem sed diuersa referatur: ut, duo sunt duplum unius, & non sunt duplum trium, sunt igitur duplum & non duplum. Vel, cum non simpliciter vel eodem modo dicatur, ut denarius quinario comparatus duplus est, quaternario du plus

Finitum circū
stantijs, pro
eo quod simo
pliçiter dicitur.

ignoratio
elenchi

Consequens.**Petitio pri-**
cipij.**Quod cau-**
sa sit pro cau-
sa positum.**Plura roga-****Quomodo di-**
luantur om-
nes captiones.**Materia.**

plus non est: denarius igitur est duplus & non duplus. Vidi Paulum heri & non vidi hodie, igitur vidi & non vidi. Doctus est arithmeticus & non est doctus astronomiae, doctus est igitur & indoctus. Quarto, Ex consequenti, cum quid non sequitur necessario: ut, Senex comptus est, adulter igitur. Panis est, filius neus igitur. Vinum est, rhenanum igitur. Terra mar-

pia.

que fit primum per tautologiam: ut, Quod se mouet, est immortale, anima autem se mouet, quod igitur seipsum mouet, id immortale est. Deinde cum dubium per id quod & que dubium est, confirmatur: ut, mobilis est terra, quoniam sol in mediis medio quiescit. Sexto,

Ex eo quod causa non est, pro causa posita: ut, Malle sunt diuitiae, quoniam his abutuntur multi. Vinum malum, quoniam mala ebrietas. Septimo, Ex pluribus rogatis pro uno positis, veluti si quis de uno plura, de pluribus unum roget. Et duobus propositis, quorum sit alterum verum, alterum falsum, queratur, sint nec hæc bona, nec mala: si bona dicatur, sequitur aliud non bonum, esse bonum. Quibus occurrendum distinctione. Atque hæc quidem verborum & rerum captiosa genera sunt ab Aristotele tradita, quæ facile diluentur omnia, si diligenter & caute spectentur materia &

formæ fallacium conclusiuncularum. Materia, verba complectitur & res ipsas, in qua cum inerit vitium, dissoluetur argumentum vel inficiatione seu negatione, vel distinctione. Inficiacione diluimus cum duorum syllogismi pronunciatorum antecedentium alterum negamus esse verum, vitium que definitionis, divisionis

visionis, causarum, effectorum, similiumque locorum prodimus: ut, Marsus bonus est poëta, cum multos fecerit versus. Aut prodigus est, aut auarus: Non est autem auarus, prodigus igitur. Inutile est absynthium, quoniam amaru, &c. Distinctione vtendum est, cum termini sunt ambigu: ut, illud modo positum, Mors est lætum, &c. Et, malum omne fugiendum: aliquid autem pominum est malum &c. Cuiusmodi possint infinita sophismata ab hominibus otiosis excogitari. Forma argumentationis dissoluetur, cum ex precedentibus aliquid effici negamus, alteraque conclusum esse ostendimus, quam vel figura, vel modus postulet. Nihil enim ex veris nisi verum efficitur, si iusta conseruetur co-cludendi forma & recta terminorum collocatio & dimensione. Ex falsis autem verum concludi nihil prohibet: ut, Omnis arbor est animal, omnis autem equus est arbor, omnis igitur equus est animal. Vitiosæ formæ sunt hæc exempla: Omnis homo est animal: Nullus autem taurus est homo. Nullus igitur taurus est animal. Et, Omnis prodigalitas est vitium: Nulla autem auaritia est prodigalitas: Nulla igitur auaritia est vitium. Vtrobique falsum ex proloquijs veris concluditur, ex quo non materiam sed formam intelligimus reprehendendam: nam in his primæ figuræ collocatio est & modus secundæ. Omnis homo ratione prædictus est, Omnis autem homo est animal, Omne igitur animal est ratione præditum. Hic complexio generalis in tertia figura concluditur. Vitiosæ est non unquam & finaliter & forma: ut, Terra mobilis est: homines autem sunt in terra, mouentur igitur. Rationem confutandi seu

Forma.

seu diluendi vitiosam argumentationem pluribus tras-
dendam non putauit, quod cum, qui rectam definiendi,
diuidendi, & argumentandi formam nouerit, & lo-
corum canones tenuerit, easq; regulas, que singulis
argumentandi generibus adiecte sunt, meminerit, &
omnem deniq; ambiguitatem diligenter cauerit, faci-
le captionē quamlibet deprehensurū existimem, cūm
fieri nequeat, vt qui optima norit, non continuo &
peccima perspiciat.

De captiōnīs aliquot argumenta-
tionibus. 97.

S V N T & argumentationes quedam captiōnēs,
vt ceratimae, crocodilites, asystaton &c. quæ vocant
insolubilia, quod videantur inexplicabilia. Ceratimae
sunt argumentationes cornuta, quarum hoc profertur
exemplum: Quod non perdidisti, habes: cornua non
perdisti: cornua igitur habes. Fiunt tum præcipue,
cum cornuta & subdola interrogatione resþosum eli-
cimus, quomodo Pharisæi Christū aggressi sunt, quā
Ceratimae.

Crocodilites. de censu tribuendo Cæsari quererent. Crocodilites
est, cūm calida circumuenti interrogatione id admit-
timus, quod mox arreptū ab aduersario nobis obstat.
Fingit rapto puero crocodilum cum matre his ver-
bis collocutum: Reddam tibi filium cū verum dixeris.
Vtrum igitur reddam, an non? Negavit illa fore,
vt redderet atq; ob id æquum aiebat reddi. Non red-
dam, inquit ille, vt verū dixisse videare: ne si reddā,
falsum dixeris. Nec, si redditurum dixeris, reddam:
quoniam falsum dixisti. De utraq; vide miscellanea
Politia

Politiani. Asystaton non consistens, vt si qui tacere Aystaton.
se dicat, is loquitur, ex illud Socratis dictū. Hoc vnu In Apologia
scio, me nihil scire. Pseudomenon seu mentiens, vt ille Floronis.
lud: Cœlū tegit omnia, & se quoq; igitur tegit. Item,
Cretenses sunt mēdaces, dixit Epimenides ipse Cretē-
sis. Verum ne dixerit an falsum, & sint ne mendaces
an veraces queritur. Si verum dixisse videbitur, &
sunt mendaces, falsum tanen erit, quoniam ab autho-
re Cretensi, & ipso mendace pronunciatū est. Si non
sunt mēdaces Cretenses, nec Epimenides mendax, &
ei credendum est. Dissoluturus inexplicabilem hanc
captionem dices indefinitum pronunciatum non vale-
re generale, vt ne se quidē excipisse Epimenides vi-
deatur: quemadmodum nec is, qui admonitus inquiete,
ne somnijs fidem haberet, falsum id quoq; somniū pu-
tabat. Idem respondendum est ad illud, quod paulò
ante posui, loqui eum videri, quise tacere dicat, nem-
pe cum cetera tacere, de quibus loqui definit. Huc re-
feruntur ἀντίφονα, argumenta reciproca, (ad que Antiphona.
pertinet & violatio cap. 64. definita) quale est illud phonia.
apud Gellium lib. 5. cap. 10. de Protagora sophista,
& Euathlo discipulo.

FINIS.

Excudebat Ist Mey Flandriæ.

VALENTIAB.
2582.

